

Arab. ﻷ ﺕerritorii seu nomi Darii. Nam & aliae Persidis provinciae priscorum regum nominibus distincte fuerunt. ita jam antè habuimus . كورة اردشپر كازرون Cazaron dicitur esse in كورة شابور $\chi\alpha\rho\alpha \Sigma\alpha\pi\omega\beta\sigma$. Hæc autem urbs Phesa, ut mensuræ apud Abulfedam arguunt, parasangis quasi 10 ortum brumalem versus abest ab Istachr; ad cujus ditionem Darii nomus spectat.

Lin. 3. ساپور Sabûra.] Persæ per ش scribunt. Vrbs Persidis, magnitudine æqualis Istachræ: at incolarum frequentiâ major. uno quasi gradu borealior. A Sapore fil. Ardexir, Persarum rege conditâ hoc nomen accepit: & peculiariter dicitur شبور خواست, quod desideratus ibi primùm & quesitus à suis fuit Sapor; ut distinguitur à Sabûra altera, de qua etiam dicemus. Circumjacet regio herbis & floribus odoratis omniq[ue] fructuum genere ita abundans, ut unus esse videatur hortus. Provincia, quæ amplissima, nomen cum hac urbe idem habet. Alias tamē majores longè civitates complectitur; quales sunt Cazaron, cuius jam antè meminimus, & قوبندگان خورستان Choristân, que Susiana, Saporis nomine, népe جندی ساپور. Hanc autem Iacutus tradit à Sapore dictam; quod profugus, ibi locorum inventus fuit vivus, cum periisse crederetur; quasi Saporis vita dicas. Id enim Persis دز est, pro quo Arabes جند scripserunt. Hanc sex abesse parasangis ab السوس, Susâ veterum, tradit Abulfeda, sub latitudine grad. 33, minut. 20. quod etiam ipsi affirmant Persæ.

Ibid. شهار *Xirâz.*] Urbs celeberrima, & Iacuto aliis que testibus, universæ *Persidis* media. Eam Abulfeda مدنیة اسلامیة *civitatem Islamicam* vocat, id est, imperii Muhammedici tempore exstructam, conditore محمد بن القسم ابن أبي مقبل *Muhammede* fil. *Casimi* fil. *Abi Mucceli*, patruelie Higiagi fil. Iosephi, cuius suprà facta est mentio in Tebala. Auxitque eam multum, & duodecim millium cubitorum muro munivit, portisque undecim instruxit princeps ابو كالجار سلطان الدولة: بین بویة anno Higræ 336 incepit opus, & quadriennio post absolvit. Atque ita inter cæteras Persidis civitates caput extulit, Metropolis ejus facta ac præsidium. De commodis ejus inter alia Abulfeda: لیس يکاد يخلو دار *Vix nulla in ea domus destituitur pulchriore horto, & fluentibus aquis.* Ab Istachra ad Libonotum abest 12 parasangis. Nomen autem شهار Persis notat *Leonis ventrem seu appetitum*: & huic urbi inditum ex eo vult. Ibn Haukel, quod annona ad eam convehi solet; sed ab ea exportari nihil. Iacutus autem ex aliorum sententia refert, urbem ita dictam fuisse nomine filii regis Persarum quarti, طهورث *Tahmures*; de quo Teixeræ lib. i. cap. 4.

Ibid. سیراف *Sirâf.*] Et hæc Persidis urbs est, sub latitud. grad. 29. & 1 $\frac{1}{2}$ gradu orientalior quam Xirâz. Sita est in regione, quæ كورة ارد شهر dicitur; cuius & præsidaria. Ad montis pede structa imminent mari, & in propinquu sinu, نابد vocato, tutam navibus stationem præbet. Licet solum sterile habeat, aëremque æstuosum; mercaturis ramen faciundis quondam ita floruit, ut reliquas

liquas Persidis urbes opulentiam & splendorem facile antecelleret: & cum rebus omnibus per se destitutus, nihil tamen deesset. Postquam vero propinqua insula جزءة قيس بن عمير habitari & undique adiri coepit; paulatim, commercio omni huc translato, Sirâf collapsa fuit. Persae ipsi nomen urbis شيراف & شيراب effuerunt: cuius appellationis originem Iacutus inquit, in Persarum (scilicet Magorum) libris sacris, qui ابستا Abestâ dicuntur, hanc tradi: quod كيقاووس Caicavus, id est, divus Cavus, de quo Teixera libr. 1. cap. 13. de cœlo tactus, hic شير latte & اب aqua, à se expeditis, refocillatus esset.

Ibid. سپندر Siniz, & per شن Xinîz.] Oppidum Persidis, juxta quosdam Susianæ, situm in maris littore 30 grad. supra æquatorem, & gradibus 3 $\frac{1}{3}$ occidentalius, quam Sirâf. Sed anno 321 Higræ cœsis incolis dirutum fuit à Caramita illo, cuius mentio fit in Historia Sar lib. 2. cap. 18. & 19. Et pars ejus superstes pauperiorum hominum turbæ relicta fuit.

Ibid. جنابا Gennâba.] Præsidarium Persidis oppidulum, situm ad sinus cuiusdam extremitatem ab ortu Siniz, & 54 parasangis à Xirâz. Hoc etiam vastavit Caramita; licet ibi natus esset, vulgo سعيد الجنابي dictus. Gennaba autem à Persis traditur nomen fuisse filii Tahmûris sive Tamuris, de quo suprà; & postea huic urbi, seu potius castello, datum.

Ibid. مهره دان Mahrubân.] Oppidulum maritimum, portu præditum, paulò occidentalius quam Sirâf; ab aliis Persidi, ab aliis Susianæ adscriptum. Latitudinem habens juxta Persas 31 grad. & quatuor circiter dierum iti-

nere ad Eurum ab ostio Tigridis, sive castello Abbadān. Abulfeda statuit esse ارجان قصبة *præsidariam urbem* regionis *Arregian* seu *Argian*; quæ Susianæ extremæ pars, & cognominem habet urbem ad fluvium طاب *Euleum*, quæ videtur esse Urzan Ptolemæi.

Lin. 4. الاهوار *Regiones Ahvaza.*] Hæ ad Susianam pertinent: quæ خورستان & quoque dicitur. Non abludunt hinc duo nomina apud Ptol. Characene, & Cossiana, vel etiam Cissia; quæ extremæ Susianæ partes sunt: ubi est ipsa illa provincia Ahvaz. Sæpenumero autem hoc nomen Ahvaz æquè latè sumitur ac tota Choristân sive Chozistân. Nam Persæ, ut Iacutus docet, totius hujus regionis nomine potiorem ejus partem, nempe Ahvaz, appellare solent خوز; *Chus* habet M. Niger: quod Arabes, qui eam subegerunt anno Higræ 17, mutârunt in هور: & plurali numero protulère اهوار. Hoc eodem nomine designare etiam solent ipsam Metropolin sub latit. 31 grad. & 8 min. quam aliâs سوق اهوار vocant; antiquitus Persis dictam هرمسرون، seu, ut alii, شهر هرمزد, id est, *Diospolin*. Vide, si lubet, quæ pag. 39. diximus. Ea autem nunc ferè tota diruta.

Ibid. العراق *Irâcam.*] Hic quoque terræ tractus est longè lateque patens: qui iuxta Abulfedam & Geographos cæteros ab ortu conterminam habet خورستان بلاد الجبل *Susianam*, & regionem *Montosam*, parte *Affyriæ*, *Mediaeq.*, & parte *Choromithrenæ* constantē: à septentrione بلاد الجرفة *regionem Insularem*, id est, *Mesopotamiam*: ab occasu hanc ipsam quoque, & Deseratum Arabiæ: ab austro partem hujus, mare *Persicum*,

&

& Susiana extrema. Quibus etiam limitibus Babyloniam describit Ptolemæus. Ejusq; potiores urbes ad utramq; Tigridis partē extare inquit; nonnullas quoq; ad orientalem Euphratis: quod ipsum de Iraca referunt Arabes, Tigridem hāc parte comparantes Nilo. عراق autem hisce, ut Philologi docent, propriè notat ما دنا من البحر quod prope mare vel flumen est: unde ad campum maritimum vel fluvialem venerunt camelī, vel in eo pascuntur. Ita verò Babyloniam dici volunt, quòd confinis Tigridi, Euphrati ac Mari. Vel nomen est ab ئرچ Erech, factâ similiūm literarum levi mutatio- ne. ئرچ autem & نمرود statuuntur Genes. 10. v. 10. regni Nimrod principia. Ut ergo à posteriore nomine dicta Babylonia: ita fortè à priore est Irâca. Fuit quoque urbs آخنخ Ptolemæo nota, prope Tigridem in Susiana, quam Arabes videntur appellare عراق القريۃ, sub Iraca ab illis cōprehensam. Quoniam verò urbes duæ, Cûfa & Basra, quæ sequuntur, cum circumjacente regione nobiliores haberentur totius Iracæ partes, de literarum aliarumque rerum gloria certantes, & eodem tempore conditæ; ambæ عراق Iracæ nuncupari solent: & illa quidem, quia Arabibus vicina, magisque frequentata, عراق العرب Irâca Arabum: hæc verò, quia Persis, Irâca Persarum. Atque hinc etiam sæpè idem valet, quod عراق; nempe Babyloniam. Aliquando tamen latius patet; & duas regiones, Assyriam & Medium designat, quod & pag. 7. retulimus: sed ut generaliore significatu illa Babyloniam, hæc Choromithrenę partem quoque complectitur.

Ibid.

Ibid. البصرة Basra.] Nomen hoc generaliter quidem terram crassam & lapidosam notat: speciatim vero urbem Iracæ, ab Arabibus Muhammedanis tali loco conditam; in extremo deserti, quod ad Cæciam inde vergit. Ibi principis cuiusdam Persici palatum extiterat: quo diruto campus ille الخربة dictus, & Persarum castris occupari solebat. Quapropter Omar fil. Chatâb, secundus Califa, partibus illis potitus, & hunc locum præsidio munendum censens, urbem extrui jussit; nimirum anno Higræ 14. Quæ auspiciis illis, ipsaque situs commoditate paulatim evecta ita floruit, ut ابو جن شعبان, & مكيلا الساجي, aliique magnos de ea commentarios ediderint. A Basra duobus ad ortum milliaribus præfluit Tigris, (دجلة Arab. نيل Chald. dicitur; & hinc Dighito Plin. lib. 6. c. 26.) & juxta Euronotum pergens in mare exit, duorum quasi dierum itinere ab ipsa urbe. Duabus infra eam parasangis in Tigrim fluit نهر الابلâم Amnis Abulla: qui inter Circium & Corum medius decurrit; ab oppido, quod secat, ita denominatus. Cum hoc alias conjungitur ad occasum Basræ, duabus item supra urbem parasangis ex Tigi deductus Omaris illius jussu: & quoniam operi præerat معقل بن بشار, hujus nomine نهر fluvius Mocali nuncupatus. Regio amoenissimis Asiae locis, quæ delicias seu hortos Mundi vocant, annumeratur. Ejusmodi Tempe Asiaticis recensentur quaterna: nimirum شعف بوان Xibo Bauvân, id est, Rivus Bauvanitarum, quæ tribus Persica: jucundissimus est in Perside plurimum pagoru tractus, protensus inter الدوين وجان ارجان & de quibus superius:

صعد

خطوة دمشق صنفه قند *Sogd Samarcande, in Bactriana:* *Goutha*, id est, *Viridarium Damasci*: *الابلة*, *Fluvius O-bullæ*, nempe dicta jam insula, cuius ille partem facit. Inter plura amoeni hujusc loci commoda est etiam æstus maris, quo flumen quotidie crescit decrescitque, & sursum deorsumque agitur: & quidem ad Tigris Euphratis que usque confluentem: paludes nempe, in quas effunduntur simul ambo, undeque permixti rursus prorum-punt alveo uno. Ceterum Basra subjicitur latitudini gr. 30 $\frac{1}{2}$: Paludes 32. Dualis autem numerus *البصرىان* notat hanc ipsam urbem una cum Cufa ipsius æmula.

Ibid. *واسطہ Vafith.*] Et hæc Iracæ urbs est, sub latitudine 32, grad. 20. minut. quam Tigris medium secat. Extructa fuit à *يوسف الحجاج*, cuius suprà facta est mentio, anno Higræ 84. & quoniam media esset inter nobiliores urbes, Basram, Bagdad, Cufam & Ahvâz, æquali inter-vallo, scil. parasangis ferè 50 à singulis remota, nomen hoc *Vafith*, i. e. *Media*, obtinuit. Sunt tamen, qui ita dictam volunt à pago, ibidem antè sita, & *واسط القصرين* vocato, quia *medius inter arundines*. Ab urbe hac denominantur *واسط بطا*: *ج* *واسط Paludes seu effusiones Vafith*, de quibus dixi; infra eam septem circiter parasangis distitæ.

Ibid. *بغداد Bagdad.*] Et cum o non punctato. Hæc quoque urbs Islamica est, nempe à Muhammedanis condita, Iracæ totius Metropolis sub latitud. grad. 33. min. juxta Mamonicos 20, & juxta Astronomos posteriores 25. Almansor Abugjafar xxiii Calífa, & Abbasidarū 11 (de quo Histor. Sat. libr. 2. cap. 3.) veritus ne milites sui à Cufensibus corrumperentur, ex *الهاشمية*, quam extruxerat frater ejus *أبو عباس السفاح* Cufæ appendicem, &

ex palatio regio in urbem auxerat, castra transtulit in hunc locum: ejusque commodiore situ, salubritate, & facto à Natura præsidio expensis, urbem ibi ædificavit in occidentali primùm Tigris ripa; quæ de ejus nomine مدینة المنصور dicta fuit: & 4000000 aureos in eam expendisse scribitur. Aliud etiam حورا nomen accepit, vel ab obliquo amnis inflexu; vel, ex Abulfedæ aliorumq; sententia, quod exteriores ejus portæ ab interioribus divergerent: Est enim مال idem, quod احرف. Locus autem ille antea dicebatur Bagdad, id est, *hortus Dadi*: quod Persa quidam, ita nominatus, hīc amplum possideret hortum. Alii verò asserunt, locum fuisse sacrum Idolo, quod بع diceretur: ita ut Persis sonaret *Bagi donum*. Ac propterea Almansor meliore omni vocari jussit مدينة السلام Civitatem pacis seu incolumentatis. Ita etiam Tigris وادي السلام dici solet. Deinde urbs altera constructa fuit in opposita, orientali nempe, ripa: quæ primùm عسکر المهدی Exercitus vel Castra Muhdim dicta: propterea quod Almansor considere hīc cum exercitu jussisset filium suum Muhdim, & locum munire muro contra Persarum incursiones. Ædificatis deinde ædibus civitas excrevit, alteri illi æqualis: & quia lapidibus strata essent viæ, peculiari nomine (quod & aliis oppidis, vicis, palatiis, &c. inditum) الرصافة Rusafa appellata fuit. In utraque urbis parte, quam diximus, eminuit emicuitque دار الخلافة Domus Chalifatus, sive Imperii palatum: in occidentali urbe قصر المنصور, in Orientali قصر المهدی; à suis conditoribus & primis dominis sic appellata. Posterius autem, quod peculiariter الحرم

الحرس *Præsidium*, & quasi *Septum regium* dicebatur, splendore & amplitudine longè præcelluit. Hoc murus cingebat, à Tigris incipiens & ad eum desinens, semicirculi formâ, sex portis præditus. Inter eas باب النوف *Porta prefectorum* erat, cuius limen reges & legatos osculari, cum Chalifam adirent, solennis mos erat. Haud rectè igitur faciunt complures ævi nostri scriptores, qui hanc Arâbum Bagdad à Babylone non distinguunt: nam uti Bagdadum medius dividit Tigris, ita Babylonæ Euphrates. Tum Orientis Geographi describunt ad Euphratem Babel pagum, Bagdado borealiorem; ubi plurima urbis maximæ (quam Babylonæ fuisse omnes volunt) vestigia apparent. Talia verò Bagdadi extant prorsus nulla.

Ibid. الكوفة *Cufa.*] Iracæ urbs, ad ramum Euphratis, sub 31 grad. 50 minut. latitudine, ita nuncupata à rotunditate, sive mœniorum, sive montis qui medium occupat. Condita fuit iisdem autoribus, quibus Basra; uno circiter anno post. Plures enim ad Tigrim & Euphratem urbes ab Arabibus sub imperii initium extructæ; quo arcedis & porrò subigendis Persis præsidia & arma in promptu forent. Hæc autem, ut lacutus ab autoribus fide dignis acceptū refert: in orbem patebat mill. Arab. 16². Ramus ille هر عيسى *dicitur*, ab Isa fil. Alis, Almansoris Chalifæ patruo: natus ex Euphrate in boreali parte paulò ante urbem, inter cæciam & aquilonem meat, & in minores ramos divisus tandem se evolvit in occidentalem Bagdadi sinum, ad quintæ à Cufa stationis intervallum. Prope hanc urbem quoque est دهشة

طالمب *Locus martyrio*, ut vocant, Alis fil. Abutalib inclitus & sacer: quo undique, velut ad alteram Cabam, superstitiosi homines concurrunt.

Lin. 5. الْأَبَار *Anbâr.*] Et hæc Iracæ urbs est, ad tractum Bagdadi pertinens: 10 hinc parasangis sita ad utramque Euphratis ripam, 5 minutis australior. Hicre-
gia sedes fuit Seffâho, primo Abbasidarum Chalifæ; de quo Hist. Sar. lib. 2. cap. 2. Vrbem perantiquam perhi-
bent, & à Nabochadnasre conditam: qui Arabum fami-
lias quasdam, incertis castris vagantes, hoc oppido &
territorio, velut stabilis eude & horreo, quod الْأَبَار sonat,
congregasset. Eodem fædere & urbem هِرَام *Hiram*, quæ
unâ parasangâ abest à Cufa occasum versus, cum circum-
jacente regione illis assignatam tradunt. Ab eo tempore
tractus uterque, & quidem ex tota Iraca fere solus, Ara-
bum fuisse, aut saltem ab iis incultus dicitur: nimirum
tribubus بَهِي بَنُوْج, مَارْن, مَعْد, ذَصَر &c. Ex quarum pri-
ma oriundus بَنْ لَمَذْر paulò antè Muhammedici
imperii auspicia possidebat regnum Mesopotamiæ &
Hiræ: & uno ab hac milliari exstруi curavit eximii ope-
ris palatum, الخورق *Chavarnac* dictum. at archite-
ctum, nomine سَمَنَار, gente Græcum, cum forte jactaret
ejusmodi arte compactum esse ædificium, ut uno, quem
nollet, lapide exempto universum subverti posset, ex
alto, ubi consistebat, præcipitem dedit. Vnde جَرَاء
retributio seu pæna Semnari proverbio vulgato notissima.
Duale autem حِرَام notat *Hiram*, de qua dixi, & si-
mul Cufam. Ceterum Vrbs Anbâr ejusque tractus pe-
culiat in nomine سَابُور nuncupari solet; quod Per-
sarum rex Sapor hîc præsidia fixisset contra Romanos.

Ibid. هِبَت *Hîbât.*] Oppidum Iracæ quoque, sub 33 gr.
latitudine; unum de castellis Euphratis & Iracæ extremis
habitum, in boreali ripa supra Anbâr, 21 hinc parasangis
distans,

distans, deserto Mesopotamiae proxima : unde etiam ad hanc ipsam referunt quidam. Nomen habet juxta plerosque, quod في هوة من الأرض in depressione solo extat: vel juxta alios, à conditore هبت بن البلدي بن مالك، بن دعر بن بوبيت بن عبّان، Abrahami ex Midian nepotis. dactylis aliisque vitæ commodis abundat; & complures habet bituminis ac naphthæ fontes.

Ibid. الشام Syria.] Alif medium Arabes faciunt radicale, & nomine hoc denotari sinistrum docent, contrarium رُبَّهُ اليمن, quod dextrum. Atque hinc Syriam dictam fuisse Sjām, Arabiam Felicem Iemen plerique volunt; quod Ismaëlitis aliisque Arabibus, cùm in sacrum Orientis tractum facies converterent, illa quidem ad sinistram esset; illa verò ad dextram. Vnde & septentrionalia illis sinistra; australia dicta sunt dextra. Vel forsitan à Sem filio Noah, imitatione Ebræorum (qui Sem per scribunt, licet Arabes per هـ) id ipsum nomen petitum fuit. Sunt autem الشامات Syria seu partes Syria, prout Syrus anonymous libro suo خريطة العجایب docet, numero quinque: 1 Gaza, Rama, Palæstina, & Ieresolyma: 2 الأردن Iordanes, Tiberias, الغورن Cæle, utpote vallosa inter montes duos regio: 3 Emessa, Hamata, Kinsarîna, & Halep: 4 Damascus, & السواحل regio littoralis: 5 Antiochia, Adana, Massisa, & Tharsus. Iacutus & Abulfeda (ambo etiam Syri) divisione aliâ, & quidem vulgariore, Syriam distribui ajunt in partes item quinque, جند فلسطين & جند الأردن Castra dictas: nempe جند دمشق، جند قنسرين، accenscri autem, quæ munimenta & extrema Syria præsidia

N O T I A
vulgò appellari solent, urbes recensas parte quintâ di-
visionis alterius.

Lin. 6. **جبار** *Hijár*. Camus & alii habent **الجبار** *al-Jibār*. القعاع : est enim nomen hoc, teste Iacuto, plurale à sing. حبر, quod per **الجبار** *al-Jibār* territorium seu castrum exponit. quare intelligenda hīc sunt *Castra Cacaētarum Arabum* : nempe, ut Camus inquit, صقع ببرقة قنسرون *terra tractus in deserto Kinsarina*; atque ut Iacutus, bidui itinere ab Halepo austrum versus. Ideoque ad climatis quarti initia potius pertinuerit. Verum ad hujus finem refertur, quia confinis. Ejus Poëta Mutenabbis meminit, ubi laudat regem Seifo, ddaulam :

وَكُنْتَ السَّيْفَ قَاءِهِ إِلَيْهَا وَفِي الْأَعْدَاءِ حَدَكَ وَالْغَارَ،
فَامْسَتَ بِالْبَدْرِ شَفَرَاهَا وَأَمْسَيْتَ خَلْفَ قَاءِهِ الْحَيَارَ،
Extitisti Gladius, (alludit ad nomen Principis) cuius capulus apud illos, nempe milites tuos; at in hostibus acies tua & mucro.

*Ita ut latuerint in Deserto due margines ejus, micueritq; post capulum ejus *Hijár*.*

Inniuit illius ductu ac virtute profligatos fuisse hostes ultra *Hijár*, atque cæsos in *Kinsarinæ* deserto.

Ibid. سلاجة *Salemmia*.] In ditione Emessæ (juxta quosdam Hamatæ) oppidum situ, hortis & aquæ copiâ amœnum, sub latitud. 34 grad. bidui itinere ab Hamata. In deserti jam memorati limitibus, & quidem occidentaliibus, extructum ab Abdalla, fil. Alis, fil. Abdallæ, fil. Abbas, patrui Muhammedis: qui Abdalla, ut quoque filius ejus, sedem ibi fixere. Postea incolis ferè indigenis tantum floruit, claruitque. Nominis originem hanc ferrunt, quod, cum oppidum vicinum, الموصى *Mutesica* dictum,

dictum, terræ motu subversum esset, de populo ejus *centum in columnes elapsi* h̄ic loci consedissent: id ipsum enim Salemmia, nempe سلم، مادة، sonat. Nomen hinc gentile fit سلاني & سلبي.

Ibid. حصن Hims.] Regionis cognominis metropolis, in planicie sita, inter Halebum & Damascum; § diem itinere utrinq;: ita ut in principio clim. quarti sit, sub 34 grad. 20 minut. latitud. Conditam & nomen accepisse tradunt ab Amalicita حصن بن امير بن حان بن ملكيف. Aëre fruitur saluberrimo, & optimæ aquæ rivo; unde & hortis circumiacentibus abundat. Hic ex fluvio deducitur, qui dimidio quasi milliari abest; & incolis الارطاف dicitur, nimirum *Orontes*: peculiari autem nomine etiam المقلوب & العاصي رفرف *Refractarius*, & *Fluvius Inversus*: illo quidem, quod rotarum vi attolli, & traduci necesse habet ad rigandum solum; hoc verò, quod ab austro fertur in septentrionem, contrario cursu ac cæteri Aficæ fluvii. Haud dubiè Emesa seu Emissa Ptolemaei est, quam in orientali patte Orontis sub eodem collocat parallelo. Subjugârunt hanc Muhammedani paulò post expugnatam Damascum; nempe anno Higræ 15, corundem duum, Abuobeidæ & Chalid. fil. Valid, auspiciis; qui in editiore clivo struxerunt arcem, quæ imperaret urbi. Territorium proximum scorpionibus serpentibusque carere scribunt, & antiquum طاسلا πίλεσμα, figuræ magice genus, in urbe extare, ex candido lapide structum: cui sub viri pedibus insculpta esset scorpionis effigies: eique impressam terram Emessenam Orontis aquâ subactam valere adversus venenatos animalium istorū iactus & morsus. Hoc fortè à peculiari terræ & aquæ facultate; cætera à superstitione addita.

Ibid.

Ibid. دمشق *Damascus.*] Dimesc proferunt Arabes; qui ab العازر غلام ابرهيم Eleazer famulo Abrahami seu procuratore, ut Genes. cap. 15. legitur, conditam & nomine filii nuncupatam tradunt: quod & B. Hieronymus refert: addunt tamen hic antea consedisse هود (Ebraicis ۷۷) Hus, & locum primò muro cinctum vocasse patris nomine Aram, quod & Iosephus docet. Syriae totius metropolis est; & nomine regionis, uti & aliis contigit, hodie الشام dicitur: prout contrà ipsa Syria quondam dicebatur Aram. Vrbs autem in planicie sita est, montibus undique circumdata; inter quos prope ab ea قاسيون, Trachones forsan Strabonis. In eo celebris extat مغاره الدم Spelunca sanguinis; ubi Abelum fratris invidiâ peremptum vetus est opinio: Item alia, مغاره الجوع Spelunca famis; ubi 40 Prophetas ab Israëlitis conclusos & macstatos crudatum. Circum urbem jacet regio aëris salubritate, limpidissimis optimisque aquis, & pagorum arciumque multitudine; nec non virore, fructuum florumque copiâ ita amœna, ut absolute الغوطه Tempe, de quo nomine pag. 120 & 121, dici meruerit. Ejus limites diei iter patent ab urbe; & à باب الغرق Occidentali porta percurrit vallis milliarib. 3 in latum, 12 in longum, variorum generum arboribus consita; وادي البنفسج Vallis violarum vulgo nuncupata. Amnis, qui Chrysorhoas Græcis dictus, ornamenti multum commodique affert: &, ut Strabo inquit libr. xvi. ab urbe & regione Damascenorum incipiens totus ferè in rivos consumitur: multa quippe loca & profunda irrigat. Namque fontes ejus orti in Libani seu Hermonii pago قدوا Canva, & parasangis ab urbe remoto, defluunt

fluunt aliisque permiscentur in pago **Beggia**, 3 parsangis propiore. Tum uno alveo delata aqua in pago, **Hamara** nomine, dividitur in rivos duos: potior **Barada** incolis, Bardanius Historiæ Misc. lib. 18. alter **Dummar**, quod à Iezido fil. Muaviæ Chalifæ fossus, pedem montis Casionis lambens. Prior, ubi ad pagum **Banâs**, Abana 2 Reg. cap. 5. eandem secat; & tertius **Tûra**, boreales ejus campos percurrit. Ex hisce rigantur horti, campi & prata: & per tubulos in omnes urbis partes aqua deducitur; ita ut nullum templum, nullum collegium, nullum forum, (sunt autem plurima) quod non iugi donatum lacu: pars reliqua effunditur in **lacum Prati**, qui in Orientali urbis agro. Quatuor illos rivos, quos dixi Chrysorhoæ partes, eleganti ad nomina allusione factâ refert Amadus Spahanensis, vulgo **Scriba** dictus, quod Syriae regi Iosepho Saladino à literis esset, in poëmate quodam: **إلى داس باناس لي صبوا لها الوجه داع ونكري ينمر**, يرید اشتباقي ويهوا كما يزيد يزيد وذوري يهور، ومن برد بريدي برد قلي المشوق فها اى من حرة استجير، Erga Banâsi populum animus mihi vernat; eiq; amor benedit & laudatio prælucet mea. Augetur desiderium crescitque; sicut augetur Iezid utque **Tûra** torrentior fluit.

Nam ex Barada refrigerium cordis mei amore flagrantiss.
Quamobrem ego pra calore ejus viciniam & præsidū capto.
Romanis eam eripuerunt Muhammedani, anno Higræ

14, mense Regeb, post sex mensium obsidionem. Principes singuli portas obsederant singulas. Inter eos quatuor praeerant exercitus totius quaternionibus: ex quibus Chalid fil. Validis vi expugnaverat & perruperat portam suam, cum Abu Obeida ad suam de pactis dedicationis ageret. Ab eo tempore magnificis multis operibus urbs amplificata fuit. Inter quæ anno Higræ 87, à Valide fil. Abdelmelc fil. Mervân extructum fuit templum, inter quatuor **جَاهِيْنَ الدِّيْنِ** illius orbis miracula quibusdâ habitum: Ea sunt **مَنَارَةُ الْأَسْكُنْدَرِيَّةِ** Pharus Alexandriae, **قَنْطَرَةُ سَنْجِيَّةِ** Pons Sangiæ, fluvii in Mesopotamia, **كَبِيْسَةُ دَمْشَقِ** delubrum seu templum Christianorum Edessa, & **جَسَدُ دَمْشَقِ** **تَمْبُوكُ دَمْشَقِ** Damasci, peculiari nomine **جَامِعُ بَنِي اُمَيَّةِ** Synagoga Ommiadum. Supra decem millia opificum incubuisse operi perhibentur, & expensæ in universum æquâsse septennes regni proventus: profusio potius quam liberalitas, à suis etiam tunc vitio data. Splendorem illum per sæcula aliquot Damascus retinuit: donec anno Higræ 658, medio Gjumadæ prioris, **هَلَاؤِ** Helao, Mangonis regis Tatarorum frater, qui biennio antè Bagdadum incendio vastarat, in Syriam incursione factâ deditam diripuit, magisquamque partem diruit; iterumque 155 annis post Tatatus alter Tamerlanes. Deinde à Circassiis sive Mamelucis, Ægypti & Syria dominis, instauratam Othmannicæ dominationi subjecit Turcicus Imperator Selimus: qui Circassicum imperium cum vita **تُومَانِ** Begi delevit.

Ibid. صور **Tyrus.**] Sur propriè: uti & Ebræis **تُور**, quod hisce petram notat, uti طور Arabibus. Indè Syria nomen

men quidam natum volunt: & indè Tyrum Romanis Sarram fuisse dictam verisimile: uti Virgilio Tyrium ostrum & Sarratum idem est. Nam haud minus vox Serra, quam Tyrus, convenit cum incolarum voce Sûr. Phœniciæ urbs quondam primaria; uti & vetustissima, matisque domina: quippe quæ naturâ & arte munitissima. Nam totam fere ambire solet mare, exceptâ quartâ velut parte, quam inaccessam reddebat arces. Christiani Franci anno Salvatoris 1124, Higræ 518, arctâ & 5 mensium obsidione ad inediā simul & deditioñem incolas cōpulerunt. Anno deinde 1291 Salvatoris nostri, Higræ 690, Christianis Francis reliquâ Syriæ parte jam expulsis denuo extorserunt Muhāmedani: à quo tempore collapsa, & ruinis suis involuta, ex magna urbe facta solitudo est, juxta vaticinia Ezechielis. Latitudinem ejus Iacutus definit grad. 33 $\frac{1}{2}$. Ad meridiem unâ ab urbe parasanga etiam hodie fons extat, magnam aquæ, at insalubrioris, copiam fundens, incolis مَرَسُ الْعَيْنِ dictus: qui per insignem aquæ ductum, multis adhuc arcubus superstitem, ducebatur in urbem. Portus etiam amplissimi, intra Tyri muros cincti muro suo, rudera etiamnum visuntur; ut templorum, & superbiorum operum alia.

Ibid. لَكَوْ & أَكَوْ Acca.] יְהוּ Iud. 1. ¶ 31. Acc & post Ptolemais dicta: Strabo libr. 16. ΗΠΑΛΕΙΜΟΥΣ ἐσὶ μεγάλη μίλιος, λόγκων αὐρόμαχον περιτερον. Indè belli Sacri scriptoribus etiam Accaron & Acria vocatur, Benjamino יָקָר; & hodie S. Ioannis de Acri seu Acri, nomine templi, quod illi dicatum fuit, cuiusque rudera adhuc in monte

eminent. Hinc & Equestris ordo S. Ioannis Acconensis ortum & nomen habet. Vrbs in arcuati sinus extremitate boreali jacet, parasangularum sex itinere à Tyro: extremitatem alteram, sesqui parasangæ spacio interjecto, occupat mons Carmelus (كرمل Cirmel) efferunt Syriæ Arabes hospitio Eliæ sacer, quem Geographi quidam confundunt cum promontorio, quod vulgo nautis *Capo Bianco*, & ipsi genti مَرْسَ الْأَبْصَر dicitur. Siquidem hoc inter Tyrum & Accam medio fere est loco, (duabus indè, dimidiâ amplius hinc parasangâ distans) & *Capo Carmel*, مَرْسَ كَرْمَل, iisdem nautis distinctum notatur. Ad montis hujus Carmeli, radices oppidulum sive castellum, nunc pagi formâ, situm: quod Syriæ Arabes حَيْفَا, Belli Sacri Scriptores aliique Europæi, qui germinati spiritus literam ح efferre nequeunt, Caipham vocant. unde quidam putarunt à Caipha pontifice petitum nomen. A Belli Sacri duce Godefrido occupatum eripuit denuò Saladinus, diruitque. Willermo Tyrio est Porfiria Veterum, nempe, πρΦυρέων Stephani. Ceterum quod ad Accam spectat, postquam eam tempore Omaris Arabes occupassent, Ibn Tolon præfectus magno opere & sumptu portum extrui, muroque & cæna muniri jussit ad portus Tyrii exemplum. Sed hodie arenis ferè oppletus, uti quoque alter, triremes tantum & naves minores capit. Expugnavit eam vi Balduinus anno Higræ 497: recepit Saladinus anno 583: & Franci 587. extorsit iterum Saladinus mense Giumâda priore anni 588: deinde anno quarto post Giumadæ posteriore. ris die 17 expugnatam vi recuperarunt Franci. Iterumque

que anno 603 ab hisce deditam occupavit Seifodinus, Saladin Frater : qui tunc imperium tenebat Syriae & Aegypti. Hisce iterum anno Higræ 669 eripuit Aegypti & Syriae rex الملك ظاهر بن بيبرس المندقاري is nempe, ad quem usque Historiam Saracenicam deduxit Almacinus. Denique à Christianis denuo occupatam vi invasit Aegypti & Syriae rex, anno Higræ 690 ; qui reliquam vastavit, Francosq; Syriae prorsus exegit. Postea oppidulum, quod nunc superest, quasi de novo conditum, antiqui ruderibus multis ab Oriente relictis, quæ عكا الخراب Acca vastata dicitur.

Ibid. طبرية *Tiberias.*] Civitas, antiquo nomine Chenereth, ita appellata in Cæsaris Tiberii honorem, (Syriae Arabes Taberria proferunt) pertinens ad جنوب الأردن de qua pag. 125. dictum. Alias propria magis hujus urbis provincia Syriae & Arabibus حوران vocatur, Ezechieli 47: 22, Iosepho *אַגְּבִּינִס*, & Tyrio *Auranitis*. Vrbs ad radices montis structa est in margine Occidentali lacus, بحيرة طبرية indè cognominati. Hic autem duodecim milliarium Arab. longitudine constat, sex latitudine, circuositos habens complureis pagos, & cives salubriorē aquā & piscium copiā sustentans. Celebres sunt regionis illius thermae, vetusti & magnifici operis reliquiis insignes, & inter admiranda prædicat Abu Beker Ariensis in primis illas, quæ ad ortum pagi, أنسجية vocati, prope antiquum fanum erumpunt fontibus duodecim : utpote quorum singuli ad peculiarem conductant morbum. Sed hoc forsitan indè est, quod ad

unum potius quam alium superstitionē adhibentur. Vrbem autem Tiberiadē Muhammedani, paulo postquam cepissent Damascūm, iisdem deditio[n]is conditionib[us] occuparunt. Quinque seculis p[er]ceptam per Christianos Francos, denuo subegit Saladinus anno Higræ 588. Deinde ejusdem epochæ anno 641, cum inter Davidem & Ajobum, (illum Damasci, hunc Syriæ regem) Saladini ex fratre pronepotes, gliscente inimicitia, ille cum Francis fœdus & societatem initet, cum Hierosolyma aliisq[ue] urbibus etiam hanc restituit: eamq[ue] ipsi, ut & Ascalonem, validā muniverunt arce. Sed quam cum urbe & tota regione Ajobus, qui contrā ad vocarat **الخوارزمي** Scythes Choramios, Francis cœptā subjugavit anno Higræ 642. Quibus quidē bellis urbs hæc, uti complures aliæ, quaflata & paulatim diruta fuit. **طبری** طبراني nomen gentile fit; non طبری طبری سعان, quod est à طبری سعان, inferiùs describenda regione.

Ibid. قبرسية Cæsarea.] Etiam per scribitur. Inteligit h[ic] autor Cæsaream Palestinæ; quæ propterea vocari solet: ut distinguatur à قبرسية الروم الشام, quæ Ciliciæ est prope Anazarbū. Illa urbs est maritima, 12 parasangis ab Acca in Africum divergens. Olim Pyrgos seu Turris Stratonis dicebatur: sed quia Heroes collapsam amplificasset, in gratiam Cæsar[is] Augusti illo insignivit nomine: ut lib. 15. Antiq. Ind. Iosephus refert. A Francis tertio occupatam eripuit anno Higræ 663 Ægypti & Syriæ rex Beibarsus, & ferè universam quæ supererat vastavit.

Lin.

Lin. 7. ارسوف *Orsuf* seu *Arſuf*.] Oppidum quoque Palestinae maritimum, sylvis pascuisque amoenum, arce olim valida munitum, inter Cæsaream & يافا *Ioppen*, 18 mil. Arabicis indè, & hinc dissitū. Non dubito, quin sit illud, quod loppensi conterminum, & olim Antipatrida, suo autem tempore vulgari nuncupatione Arſur dictum scribit Will. Tyrius libro 9: & quoque Arzuffum Martinus Sanutus lib. 2. quodque, ut hi ipsi atque alii testantur, tentatam à Godefrido obsidionem sustinuerat; sed postea Balduini armis succubuit. Hoc eandem ferè dominorum mutationem passum cum vicina Cæsarea similia habuit excidii fata..

Ibid. بيت المقدس *Hierosolyma*.] Ad verbum *Ædes Sanctificati*, seu *Sanctuarii*. Duobus enim modis vocales notantur; nempe آئلقدس & آلتقدس: quorū posterius idem est cum Ebraeo. سپه القدس, بيت القدس, هرقلس. Sæpè etiam & simpliciter dicitur: sed gentile nomē frequentius à duobus primis sumitur. المقدسي. Nonnunquam & ايليا vocatur: nimirum *Ælia*, ab Imperatore *Ælio Hadriano*: qui rebellantibus Iudeis infestus, ut cum urbe deleret nomen, novam pro excisa conditam ita appellari jussit & Gentilium dicavit Idololatriæ. Sacro Dei cultui restituit Constantinus Magnus, & præclaris multis operibus ornavit. Inter quæ maxime eluxit sepulchri Messiae sive Resurrectionis templum; monte Golgothâ mœnibus inclusò. Imperatoris hujus exemplū quasi æmulari sibi visus fuit Imperator Omar, cum anno Higræ 15 urbe captâ, & cæteris templis incolarum portati

testati relictis, novum in monte Moriah, ubi quondam extitisset Solomonis, extruxit suis: ascito Sacello, quod in australiore montis parte neglectum & sordibus impeditū reperisset: sive templi Iovis Capitolini residuum, sive Iudaici forsitan operis, Iuliani tempore tentati, rudimentum. Quod quidem, uti & novum; seu potius totum antiqui Sacrifundum مسجد الاقصي *Templum Extremum* Arabes dixerunt: vel quod à suo, nempe Meccano, longius abesset; vel quod altissimo emineret situ; quem & ipsi tribuebant urbi. Quin immo hanc ipsam nomen المسجد الاقصي subinde designat; uti Meccanam urbem الحـام, templi alias proprium nomen. Solentque duo hæc, velut primaria, invicem opponi; Arabibus vocari solita القبلتان, id est, *sacraリア duo, ad qua oraturi vultum convertunt*: illud quidem قبلة موسى quod respicerent Iudæi; hoc قبلة محمد, quod Arabes. Sed & ad illud preces intendit Muhammed, cum profugus infestam sibi haberet Meccam. Templum ab Omate conditum magnificè illustravit, multisque & eximis operibus auxit (eā fere, quæ nunc forma visitur & à Will. Tyrio utcunque describitur lib. 8. cap. 1.) Chalifa Abdelmelc Ibn Mervân, de quo Hist. Sarac. lib. 1. cap. 12. cuiusque filius Valid simile opus condidit Damasci, cuius pag. 130. mention ēfecimus. Anno Higræ 66 pater incepit, 73 absolvit; impenso annuatim, ut regionis illius Annales habent, universo Ægypti reditu. Hoc enim agebat, ut populum à Meccana solennitate ad hanc pelliceret, atque ab Isaac Ibn Zubeir, qui subrepto Ömmiadis Chalifatu, ut Hist. Sar. lib. 1. cap. 10. videre licet, Assyriam & Arabiam tenebat, facilius averteret.

teret. Deinde templum hoc à Chalifis, tum Abbasidis, quorum tempore magnam partem terræmotu corrue-
rat; tum Fatimidis, qui contra illos Chalifatum erexer-
rant in Africa & Ægypto; nec non variis Syriae regi-
bus, Atabegis, Ajobitis, Turcomannis, Circassiiis,
multifariam instauratum fuit: sed emicante passim
Mervanici operis splendore & elegantia. Totus au-
tem locus sacer المسجد الأقصى dictus, muro cingitur
longitudinem habente septentrionem inter & austrum
cubitorum 660, latitudinem verò 406; & compluria
facella, oratoria, auditoriaque complectitur. At præ
ceteris excellit قبة الصخرة *fornicatum Petre Fanum*; in
media area, quæ septem supra reliquam cubitis assur-
git, structum octangulari forma. Ibi enim petra ve-
nerabundis visitur, cancellato dirempta septo: ad quam
preces fundere, & in magnis rebus jurare solennis mos
est. In hac percussorem populi à Davide dinumerati
angelum consedisse; & postea ab eodem Davide facti
pœnitentiam agente altare Domino erectum, uti Sam.
lib. 2, cap. 24. legitur, Tyrius aliisque Belli sacri scriptores
arbitrantur. Quam etiam sententiam Muhammedani
tenant. Christiani verò Orientis, ut ex Almacino con-
stat, pro eo lapide celebrant, qui à Iacobo Patriarcha
unctus & juxta votum ejus, de quo Genes. 28. v. 22. in
Sacramentum Dei assumptus fuerit. Quem tamen Iudæi à
petra tamen, de qua agimus, diversum faciunt. Siquidē
hunc quidem cessisse volunt in Templi altare; illam
verò in ejus Adyto fuisse coram Arca, à Deo creatam in
mundi fundamentum: unde & בְּנֵי הַשָּׁמֶן indigitarunt.
Hęc quoque, ab illis procul dubio accepta, credūt Mu-
hammedani. Erroris causam feliciter eruuisse mihi visus
est eruditissimus vir Constantinus L'Empereur: hanc

nempe, quod cum Dei cultum mundi fundamentū, i.e. fundamentalem scopum dixissent antiqui, & expiatio-
nis sacra post sublatam Arcam coram isto lapide fie-
rent, posteriores verba illa antiquorum propriè &
simpliciter acceperunt. De eadem illa petra, & sa-
cro ritu, quo Iudæi post Templi vastationem eam
solenniter venerati fuerunt, ut quæ ab omni exci-
dio servata esset, vide Itinerarium Burdigalense: quod
ante Juliani tempora scriptum, & à P. Pithœo editum.
Ceterum Templum hoc ab Omare instauratum Mu-
hammedani proprium sibi & sacrum habent: ita qui-
dem ut omnibus illorū sectis, nempe الحنفية & الحنفية
الحنابلة ، الشافعية ، المالكية ، quarum Leo Africanus meminit lib.
8, ibi sacra peragere liceat, suo cuique ordine, loco ac
more: Christianis autem vel adire nefas sit. Ingredien-
tes singuli dicunt communi formula ، الهم اغفر لي

وافتتح لي باب رحمتك Summe Deus condona mihi
peccata mea , & aperi portam misericordie tue. Chri-
stianorum vero templa in primis duo & ipsi reverenter
frequentant; nempe Ascensionis, & sepulchri Beatæ
Virginis, quod الكنسية الجديدة vocant. At prima-
rium, nempe بيعة القيامة Templum Resurrectionis, impiè
desplicantur; ut qui Christi mortem abnegant, unicum
æternæ mortis piaculum: & كنيسة القيامة à versis for-
dibus nuncupant. vel probosè ita mutantes nomen
القيامة ; vel quod olim urbis fordes illuc comportari
solerent: nisi quis nomen hoc deductum velit à قبة Kim-
ma, quod *capitis verticem* notat; prout ipse mons Go-
goltha i.e. Calvariæ dicebatur. Templum hoc anno
Higistæ 398 Almansor Hakim Billa Chalifa Fatimides
&

& Ægypti dominus, diripi ac dirui jussit ; puniendam fallaciam obtendens , qua populum circumveniri accepisset. Siquidem persuasi vigilia Paschatis سبت النور (Sabbathum Lucis inde appellarunt) cœlitus flammam descendere in adytum Sepulchri, eò confluere undiq; solerent, ut etiam hodie fit, quo singuli ejus participes fierent : cum tamen naturale & humana arte lumen hoc excitatum esset. Sed ab ejusdem Kakimi nepote , Chalifa Mustansir Billâ , Romanorum Imperator obtinuit promissa 5000 captivorum libertate , ut Christiani Templum reædificare possent. Vrbem ab Omari tempore Christianæ Ecclesiæ hostibus subditam forti animo expugnavit belli Sacri dux Godefridus, anno Servatoris nostri 1099 , die 15 Iulii; & secundum Saracenicos Scriptores anno Higræ 492, die 25 Xabani. In Muhammedici imperii deditiō nem anno Higræ 583 die 25 Regeb iterum rededit Iosephus Saladinus , gente Assyrius, tredecim annis post quam invasisset Ægypti & Damasci regnum. Cumque Romanorum imperator novas in Syriam copias duceret, summa ille cum diligentia urbem fossis, murisque & turribus munivit. Sed quæ ejusdem ex fratre Seifodino nepos Isa, regni Damasceni princeps, anno 616 demolitus fuit: veritus ne Franci, qui Damiatam tenebant, aut etiam frater Muhammed, Ægypti dominus, firmum adeò præsidium , quod se tueri posse diffidebat , occurrent in majorem sui perniciem. Mortuo Isæ successit filius David : quem ut patruus Muhammed facilius expelleret, pactus cum Francis inducias anno 626 Hierosolymam eorum potestati concessit: sed eâ lege ut relinqueretur, qualis esset, munitensis nuda, retento à

Saracenis Templo. Eam David, regno ejus, occipavit anno 637, & arcem, quam interea Franci extruxerant, solo æquavit. Cum patruele autem Ajobo, Muhammedis filio, in gratiam rediit, firmavitq; fœdus, ut huic Ægyptus, sibi cederet Damascus. Sed novis dissidiis odiisq; natis, anno Higſræ 641 Francis, quos contra Ajobum socios imploraverat, Hierosolymam reddit. Sed quā cum aliis urbibus sequente anno Ajobus eripuit subiectiq; sibi. Et ab eo tempore terrestris Ierusalē Infidelium jugo subiecta mansit: fati vicissitudine sui & calamitate monens de cœlesti in primis esse cogitandū.

Ibid. راملا Potius Ramla; uti & Belli Sacri scriptoribus Ramula dicitur. Neque enim communi errore hic intelligenda est Rama illa, quæ natibus, domo & tumulo Samuelis, nec non vaticinio Ieremiæ clara; quæq; مرام Syriae Arabibus, & مرام ایوس و ایمان Emaus æque ac Iudeis scribitur, & paulò supra collocatur; ubi etiam nunc sepulchri Samuelis locum religiose visunt. Et sane, quæ Sacræ Literæ de Rama referunt, non potuerunt locum habere in mediis Philistæis. Est autem Ramla sub medio Palestinæ parallelo sita in fertilis soli amœna planicie, diei itinere ab Hierosolymis, dimidio quasi à Ioppe. Totus ager, كوره الارملة dictus, multis olim pagis & villis habitatus fuit. Confinia quædā arenosa sunt, qualis & urbis locus fuisse traditur: atque inde fortè impositum ipsi nomen. Vrbē esse novam referunt Arabum annales, structamq; à Solimano, filio Abdalmelc Mervanidæ templi Hierosolymitani conditoris: qui acceptā à fratre Chalifa Valide Palestinæ prefecturā ibi primum palatum condidit,

didit; deinde templum, aquæductus aliaque adjecit. Per subsequentes postea Chalifas multorum operum facta accessione egregia excrevit urbs, muris cincta, portis duodecim aditum præbens, & castello munita. Sed anno Higslæ 425 terræmotu, qui octiduum durasse fertur, concidit pars tertia, & 35 annis post ferre omnis reliqua. Deinde reædificata quidem: at Belli Sacri casibus obnoxia, postquam è Francorum potestate, in qua ad centesimum annum fuerat, ad Arabes rediisset, ne præsidio illis iterū esset posset, dejectis mœnibus majorem partem vastata fuit. Tribus hinc passuum millibus, على شوط فرس ad curriculum equi inquit Abulfeda, Corū versus abest لـ Luddo, Lydda sive Diospolis; quæ & رملة ملة, & subinde ملة, absolutè dicitur, D. Georgii martyrio & tumulo celebris: sed à Saladinus pro rorsus diruta.

Ibid. عسقلون [Ascalone.] Littorale Palestinæ opidum, 18 milliaribus à Ramla distans: è validissimis olim Syriae præsidiis unum, quod incolarum fortuna, ac peregrinorum commercio ita floruit, ut الشام حوش Syriae Sponsa appellari meruerit. At bello Francico splendorem, si quem retinuerat, amisit. Ceperunt Franci 27 Giumadæ posterioris anno Epochæ Muhammedicæ 548: iterum subegit Iosephus Saladinus anno 583. Sed quadriennio post, cum Christiani novis copiis aucti potitique Acca ad expugnandam Ascaloniam tenderent, nec ille propugnare posset, mutos cum cæteris munimentis dirui jussit. Postea ejus pronepotum alter David anno 641 Francis reddidit, alter Ajobus anno 645

Ibidem. *جَزَّةِ Gaza.]* Duplicatâ literâ ꝑ juxta Arabes, uti & Ebræos. Hi autem per v scribunt; sed quæ subinde, ut in hac & aliis vocibus LXX Interpretum versio indicium facit, velut Arabum ꝓ expressa fuit. Neque verò id factum videtur ad imitandum literæ ꝓ aspiratum sonum; quoniam non ubique factum fuit: neque ab Arabibus propterea fieri necesse fuit. Quicquid sit, si genuinum nomen urbis per verum Ain prolatum fuit, *Potens & Valida* notabitur. Si per Gain, haud improbabile fuerit, quod libro I. scribit Mela: propterea ita vocatam fuisse, quod in ea Cambysi conditus thesaurus, Persis Gaza dici solitus. Extremum hoc est Palestinæ oppidum, Ægyptoque proximum, tribus ab Ascalone parasangis declinans ad austrum, & cumulis quibusdam arenaceis à Mari divisum. Antiquum actis cuniculis subvertit Alexander Magnus: quod multo tempore post dirutum & quasi desertum mansit; donec reædificaret Constantinus Magnus. Quod Arabica attinet, mortuus hîc & sepultus fuit *مناف شاه بن مناف* proavus Muhammedis: captus Omar Chattâbi filius ante Muhammedici regni auspicio, Gazæos inter & Higiazæ Arabes flagrante bello. Hîc quoque natus *ابن ادريس الشافعي* celeberrimæ sectæ Xaphianæ autor. Vrbem à Francis subactam recuperarunt Saraceni Ægyptii anno Higræ 552: murosque ejus, ut de vicina Ascalone dictum, diruit Saladinus: restauratos à se Franci paulo post ex induciarum pacto iterum dejecerunt. Ejusque belli casibus quasiplata urbs ipsa & paulatim collapsa fuit.

Ibidem.

Ibidem. *مساء Medjan* sive *Midjan*.] Antiqui nominis oppidum in maris Rubri littore, sub 29. grad. latitudine; ad ortum brumalem deflectens à montis Sinae extremitate: ubi ferè sita Ptolemai Modiana, haud dubiè eadem cum Midjan. A Geographotum Orientaliū quibusdam ad Ægyptum refertur; à plerisq; omnibus ad Higiazam: quod merito & rectè factum. Nullus enim est, qui Arabibus non annumeret Madianitas; & Sinam, quæ Madjane borealior, montem Arabiæ facit D. Paulus Gal. 4. Midjan autem fuit Abrahami ex Kethura filius: unde tribus illa & ab hac urbs nomen habent. Quam quidem tribum coauisse, sedibus ut puto & affinitate, in unam cum Ismaëlitis, innuere videntur Genesios verba. Nam conspirantibus in Iosephi exitium fratribus dicuntur supervenisse Ismaëlitæ; transvisse Midjanitę; ipse vèditus ab Ismaëlitis; denuoque Potiphari venditus in Ægypto à Midjanitis; & initio cap. 29. dicitur eum emissi Potiphar ab Ismaëlitis. Ceterum urbem Midjan Arabes pro ea habent, quæ in Corano vocatur *طَالُوتْ طَالُوتْ*: *خَلِيلْ خَلِيلْ*; Xaïb enim illis idem est, qui Iethro dicitur Exod. 3. cuius filiam Sipporam Moses uxori duxit, cum ex Ægypto profugisset in terram Midjan; ubi Iethro princeps erat & Sacerdos. Autonomosia illa Arabibus familiaris. Ita Hanoch *هَنَوْحْ هَنَوْحْ* appellatus, Abraham Rex Saul, &c. licet eorundem propria etiam usurpentur nomina. Et in ipsis Sacris Libris non uno nomine hic Iethro designatur. Loci illius puteum Scriptores memorant fano circum extructo Arabibus sacrum, persuasis Mosem ibi Sipporam & sorores à pastorum injuriis vindicasse; prout Exod. cap. 2. res describitur. Sed primis

N O T A
primis Muhammedici regni bellis universa fere , quæ tunc extabat , urbs vastata fuit.

Ibid. *القلزم Colzuma.*] Oppidulum in littore Ægypti , commune olim hujus & Syriæ præsidium . Quod haud aliud videtur esse , quam Clyisma Ptolemæi : uti & situs utriusque , & vocis , & significationis , cuius pag . 88 . memini , convenientia arguit . Hinc mare Rubrum *بحر القلزم* dictum ; peculiariter quidem infima hac sui parte ; sed quoque universum : quo etiam modo *بحر الیون* & *بحر الحجاز* dici solet . In geminum illic terminatur sinum ; occidentalem Colzumâ insiginem , Orientalem Elanâ : excurritque inter ambas angustior continentis pars linguæ figurâ ; nempe *الطور Arabibus* dicta , Ptolemæo promontorium Pharan . Colzumæ adjacent montes , Herculei lapidis venâ celebres . Ab ejus autem portu in oppositum Elanæ littus transitus vorticibus difficilis , & insurgente vento periculi plenus ; in primis propè insulam *قابان* nomine . Quæ cum aquæ dulcis & frumenti inopiâ laboret ; grata tamen Arabibus , sed vilioris tribus , *بی جدان* Giuddânis sedes habita . De iis proditum , quod interrogati quid miseros ibi retineret , cum utrinq; paterent Orbis deliciæ , haud aliud respondere consueissent , quâm *البطان البطن* , dialecto suâ pro *الوطن الوطن* , *Patria Patria* . Colzumæ cum staret portu , cui postea successit Sues , ad Arabiæ commercia utebatur Misra , seu Babylon & tota inferior Ægyptus : quemadmodum Cusa & Ægyptus reliqua portu Coseir , de quo pag . 102 . diximus , quemque eundem esse arbitror cum Berenice . Nam cum ad hunc à Coto esse iter scribit Plinius lib . 6 . c . 29 . non aliud

aliud innuere videtur quam quod Abulfeda inquit: **القصبر فرضة قوص ومبنا على البحر**, *Kosair castellum Cusae est & portus Maris rubri. Cusa autem vicina oppido قبط Copto dicta est pag. 101. quippe quæ, Jacuto & Abulfeda testibus, vix una ab eo parasanga distat. Et Berenice portu præditam esse idem Plinius supra tradiderat cap. 23. Quia tamen hoc ipsum Strabo diserte negat lib. 17, & propinquæ Muris statio, sive Veneris statio, uti quoque vocata fuit, omnem citra dubitationem ample commodoque portu gaudet, ex quo Arabie & Indicæ merces recta Coptum deferri camelis solebant, utique hæc ipsa Bernices loco sumi queat, quæ cum Arabum Kosair quam optime convenire statuatur. Centerum Geographis Arabicis etiam tertius describitur portus, nomine عذاب *Aidab*, Tyrio *Aideb*, cuius ante pag. 100. memini, eundem plane situm habens, quem Dioscoron portu tribuit Ptolemæus; utpote è directo oppositus Giuddæ, in Arabia littore portu Mecæ. Atque ita tres sunt illis scriptoribus celebriores portus vel stationes, Colzuma, Cosair & Aidâb, quæ à tribus Ægypti partibus, infima, media vel suprema aditi consueverint.*

Lín. 8. **الفرما Pharma.**] Belli sacri historicis Faramia, Coptisque βαρεμισν. Oppidum Ægypti in arenoso Maris mediterranei littore: unde ad interiorem sinus Arabici recessum brevissimus est isthmus, cuius mensuram diximus pag. 74. Eum quidem perfodere decreverat Amrus Alâsi filius, Ægypti viator, uti ex Ibn Saïd refert Abulfeda: sed prohibuit Chalifa, nolens è Mediterra-
neo mari ad Arabiam Christianis aperiri viam. quasi opus illud tam facile confici potuisset. Pharma fabulis interjectis proximè abest à Pelusio, ad primum Nili

ostium sito: unde isthmi illius angustiam numerarunt Græci. Pelusium autem forte idem est, quod Arabes طنبه dixerunt, visi hoc nomine ipsum nomen Pelusii expressisse. Hoc enim Ἀντί^τ τηλε^τ, id est *limo*, petitum autem est Strabo lib. 17. Tina vero illa, nunc oppidulum, sita est inter Pharma & قنبعس Tanis, prout Iacutus tradit. Quo minus autem بيلبيس *Bilbeis*, & vulgo *Bilbeis*, Coptis ψέλβης dicta, pro Pelusio sit habenda, ut cum aliis vult Willermus Tyrius, hoc obstat videtur; quod plus quam quatuor parasangis à mari distet; cum Pelusium hinc, teste Strabone, absit modo stadiis viginti. Et Abulfeda aliquique omnes, quos vidi, eandem Bilbeis locant in arenoso tractu extra Nili ripam, ita tamen ut ad ipsum inde pertingat rivus seu fossa, quæ exundante Nilo impleri solet, & implete vicinas oppido piscinas. Ideoque si Bilbeis antiqua est urbs, ita ut ipsa ejus, quæ nunc superest, facies satis arguit, potius dicenda videatur Bubastus illa Agria, id est, campistris, cuius meminit Josephus Antiq. lib. 13. Neque ab eodem Pelusio forsitan diversum est *ρο*: quod nomen Chaldaicè quoque *lutum* denotat, & veluti apud Ezech. xxx. 15. Sin dicitur מִצְרַיִם *robur ac munimentum* Αἴγυπτι: ita & apud Suidam πηλήσιον κλεῖς & αἰγυπτίς. Inde quoque conterminum desertum Sin, & forte alterum quoque deserti extremum, montem Sinai, nuncupatum quis dixerit: nisi forte & deserti illius & montis nomen à *ي* filio Canaan arcessere malit. Hisce quidem de vicino Pelusio obiter dictis, redeo ad Pharmam. In opere historico, quod مراة الرمان *Speculum temporis* inscribitur, Alexandriam & Pharmam, in utraque Αἴγυπτι extremitate urbes conditas fuisse traditur في رمان واحد عن اخرين و تسمى جاسوساً *in eodem tempore, a fratribus duobus,*

bus, & corundem nominibus insignitas. Ubi, quod qui-
dem ad Pharmam spectat, intelligi arbitror Parmenio-
nem: siquidem Arabes per *El amicum* quoque & fami-
liarem designant; & peregrina nomina propria curtare,
ac literam p per s efferre solent. Quod tamen cum
neque in Græcis, neque Latinis autoribus, qui de re-
bus Alexandri diligenter commentati fuerunt, ullibi,
quod sciam, occurrat, minus apud me fidem mereatur.
Si quis autem Ægyptiarum esse nomen malit, ex Phar-
muthi vel Pharmutosi contractum dixerit. Antiquam
saltem fuisse urbem Ibn Haukel aliisque doctiores scri-
bunt: & in ea extitisse suo ævo Galeni sepulchrum; qui
ex Ægypto per Syriam redire in patriam cupiens ibi-
dem obiisset diem. Ægyptiis Pharmam eripuit, eamque
primam, Amrus fil. Alâsi anno Higstræ 18. Saracenis rex
Balduinus anno Christi 1117. ubi cum à Niloticorum
piscium prandio morbus, quo antè Balduinus laborave-
rat, recrudesceret, redditu militibus imperato in Syriam
se deferri jussit: cumque prope *العرش Larissam* venis-
set, urbem Ægypto & Palæstinæ confinem, extremum
clausit diem. Post ea tempora corruit Pharma, & are-
nis paulatim obruta vix sui vestigium reliquit. Soli hu-
jus palmæ, quarum natura arenis gaudet, tanta prædi-
cantur fœcunditate, & excellentia, ut ante alias fructum
ferant, nec ferre desinant subnascente noyo, cumque
magnitudine alia genera superantem.

تنيس Tanis.] Tinnis proferunt Arabes: uti & incolas
تنيس æque ac *تنيس* vocat Syncellus. In belli sacri com-
mentariis Tamnis dicitur, antiquissima Willermo Ty-
rio civitas. Est autem Tanis infimæ Ægypti urbs, & ins-
ula in medio cognominis lacus, qui *بدرة دليس* appellatur,
& ortum inter atque occulum cursus unius spatio

in longum protenditur, dimidii in latum. Sed quoniam cum duobus Nili brachiis sive ostiis, (altero quidem Pelusiaco, ut puto, quod قریباج, bellū sacri historicis *Carabrix* & *Carabes* dicitur; altero autem Tanitico, supra quod magnum esse lacum & Strabo refert lib. 17.) conjungitur mari salso, aquæ dulcedinem amittit. Nisi forte australiores venti aut intumescens fluvius prohibeat misceri. Urbem conditricis reginæ nomine ita vocatam Jacutus ex annalibus Taniticis prodit, & ab ejusdem filiis communiendo regno lacum hunc arte excitatum fuisse. Cum insulam anno Higfræ 20 invaserint Saraceni, arundinosam potius vallem, quam urbem ruinæ Tanis superstites referebant: unde دان الاحضاض *Depressa* nuncupata fuit usque Califarum Ommiadum tempus: quando restauratis antiquis ædificiis, structisque novis pristinum recepit nomen. Tempore autem Abbasidum, anno nempe 230, Ægypti præfecturam gerente Isa Ibn Mansor, muro circumdata fuit. Sed annis vix trecentis inde elapsis, paulatim in priorem recedit desolationis formam. Alia tamen tum oppida, tum pagi in eadem insula, aliæque in eodem lacu insulæ extant; de quibus Geogr. Nub. part. 3. Clim. 3. Qui quidem tractus universus rarioribus avium pisciumque generibus abundat: illarum plura quam triginta, horum supra septuaginta suis nominibus recenset chronicus Tanitici autor.

دَمِيَّة [Damiata.] Arabes *Dimjāt* pronunciant. Urbis antiquæ nomen: quæ videtur esse ταμιαθίς Stephanus; nec non θυετης Ptolemaei, & ipsa, cuius jam ante memini, διναν *Tamnis* Ezechielis, nomina simili quodam modo pronunciari apta, apud diversas imprimis gentes & seculis diversis, licet Scriptura varient; nec abludentia

tia à Ιαμφρίς, nomine regis Ægyptii ex quarta juxta Syncellum dynastia. Cumque hujus & vicinæ Tanis regio pascuis, in Ægypto alias ratis, leta vireat, merito pro terra Gosen aut ejus saltem parte censeri potest. Etsi ea ad Bilbeis, Mari rubro propinquiorem, de qua ante dictum, referat Macrinius, diligens rerum Ægyptiarum scriptor: attamen opinioni eidem hoc magnopere obest, quod arenosa hæc terra est, non nisi exundante Nilo, aut ex piscinis irrigua; ac proinde rei pecuariae minus idonea. Urbs vero hæc Damiata sesqui diei itinere occasum æstivum versus à Tani dissidet in orientali ripa Niliaci rami: qui sesqui leuca inferius commiscetur mari. Locum illum peculiari nomine اسطوانة vocant: hoc est, uti arbitror, σύρα, & quidem Μενδήσιον Ptolemæi, vel παθυγένει forte: nam pro septem Nili ostiis, quondam adeo celebratis, tantum quatuor diligentissimè investigatione deprehendere potuisse supra dictus Tyrius testatur lib. xix. Toto quidem Oriente clara fuit Damiata, uti quoque vicina Tanis, singulari arte & mercatu byssinæ telæ, quam القصب vocant. Anno Muhammedicæ æra 238, urbem à Græcis direptam novo & validiori muro, ad amnem duplici, ad continentem triplici, communiri jussit Chalifa Abbasides Mutevackil. Atque ab eo tempore Damiata evasit primarium Ægypti præsidium. Quare ut hac potiti possent, illam in primis impetiverunt Franci. Anno Christi 1169 obsedit Almericus, rex Hierosolymitanus: sed per imbræ & commeatus penuriam coactus referre pedem. Decennio fere post totos sedecim menses obsessam, anno Higistæ 616, die Xabâni 25, ut Almacinus scribit posteriori Hist. Sar. parte nondum edita, vi expugnarunt ejusdem militiae Christianæ duces. Nam licet oppidanis

peste & inedia confecti ad paucos rediissent, quia tamen prope aderat rex Muhammed, Saladini ex fratre nepos, liberandæ urbis gratia nullam non fortunam tenans, & ipsis visum fuit extremam experiri. Multum illis præsidii in turri erat, ante urbem valide munita, quæ transversa catena Nilum claudens; unde & درج السلاسلة dicta, aditum ad urbem prohibebat. Quem obicem post irritos aliorum conatus, navali opere & magno animo perrupisse Batavos tradit inter alios Torsellus: quos quidem seculi illius more Frisones & Teutonicos vocat Oliverius Coloniensis, qui ipse spectator fuit. Atque inde Harlemenses, vicinæ urbis nostræ cives, sua sibi vindicant insignia, quæ habent: scilicet argenteum in rubro capo ensem, cum imposita mucroni cruce, & binis utrinque appositis stellis; sacræ illius victoriae fusione sanguinis reportatae, & æternæ laudis, vel (prout Harlemensium doctissimus & accuratus Batavicarum antiquitatum scrutator, Petrus Scrivetius exponit) quater petiti Orientis, gestique belli sacri, symbola. Tum reliquæ metuens Ægypto idem Saracenorum rex, ad fluvii Damiatici & Tanitici diverticulum novam contra Francos extruxit ac munivit urbem; quam propterea المصورة Mansoram dixit. Et imploratis recuperandæ Damiatæ fratum auxiliis terra marique omnia molitus fuit: donec anno Higstræ 618, exundante supra modum confuetum Nilo, per urbis المحلة Mehalæ (Maheleth Tyrio lib. xix.) alveum, navigationi alias minime idoneum, prope Damiatam perducta classe necessiarum rerum subventionem impediret. Cum autem Franci è vicinis castris, quo præcipuas vires eduxerant, se in urbem recipere pararent, nocte, quæ beato Joanni Baptista sacra, immisis per aggerum incisuras Nili aquis sublatisque pon-

pontibus intercepti, vitam urbe redimere necesse haberunt. Eandem postea iterum subjugavit Gallorum rex Ludovicus IX. qui in Arabum annalibus ^{بِلْهَادْ} indigitatur, deprivato, ut puto, Latino nomine *Signatus truce*. Parta hæc victoria fuit anno Higstræ 647. tertio die post vicesimum mensis Sepher, eoque Dominico, ut Almacinus refert. Sed cum biennio fere post mortuo Ægypti rege, Ajobo Muhammedis filio, anno Ajobitarum octavo, ulterius proferre arma institueret Ludovicus rex, & Almansoræ, de qua diximus, jam quæsi victori immineret, ex Syria in Ægyptum venit Ajobi illius filius, Torinxà, qui patri in regnum successerat. Cujus praesentia confirmati Saraceni, junctis viribus irruerunt in Christianos, eosque, cum Damiatam redire vellent, aquosis locis impeditos gravissima affecerunt clade. Supra decem millia cælos, multoque plures captos narrat Almacinus. Inter quos Rex ipse cum fratre erat. Hi quidem Mansoræ in Facto ddini fil. Locmanni ædibus custodia asservati; cæteri autem trecentenis quavis nocte in Nilum conjectis, aliisque modis potiorem partem interempti fuerunt. Quamobrem pro lutto Regis inter alia etiam Damiatam hostes receperunt. Et ne Franci, quorum animos valido haic præsidio intentos norant, denuo occuparent, eovastato aliud in propinquò oppidum considerunt, quod à novitate ^{الْمَشْيَّةِ} *Manxiām* vocarunt; ipso quoq; Damiatæ nomine, uti & hodie, insignitum ac celebratum: quod Abulfeda diserte docet.

^{Lin. 9. سلطان مصر} *Fustatæ Ægypti.*] litera ^د damma habet vel Kefra; & prioris b loco scribitur quoque 3, quin nonnunquam prior illa omittitur, in ejus vicem ^و duplicita per Tesdidi. Valet autem hæc vox tabernaculum, vicum, urbem. A tabernaculo Amri f. Alâsi hanc Ægypti

gypti metropolim ita nominatam tradunt plerique omnes, & causam exponit Geogr. Nub. Clim. 3. cap. 3. & Almacinus Hist. Sar. lib. 1. cap. 3. Secundum quosdam tamen فسطاط مصر idem est quod في جنوب مصر : sic in Tabulis Ibn Xatir occurrit اسنا، quod apud alios est اسنا، de qua pag. 103. Et hinc subinde اسنا dicitur؛ ut من جنوب النبي المدینة، de qua pag. 98. Arabibus autem مصر idem est quod Ebrais： & tum regionem Ägypti universam, tum regiam ejus & metropolim notat. Et quæ Ptolemæo Ägyptus inferior, & quibusdam absolute Ägyptus vocatur, illis peculiarter ديار مصر dicitur, licet & contrà hoc nomen subinde notet Ägyptum totam. Ägyptus autem superior ab ascensiù seu altitudine الصعب appellatur. Quod vero ad Fustatam urbem attinet ، Abulfeda de منف Memphi agens ita scribit: وفي مصر القديمة وهي من غوري النيل ولها قبة عمرو بن العاصي وخرابها وبنى اسنا الفسطاط من البر الآخر باسم عمر بن الخطان *Ipsa antiqua est Misra (seu Ägypti metropolis) in occidentali ripa Nili: quam cum Amrus Alasi filius subactam vastasset, in opposita contineente extruxit Fustatam, Omaris f. Chattabi jussu. Nempe quod ulterior hæc Ägypti regio, sinum Arabicum & Nilum interjacens, Arabibus longe opportunior esset ad Arabiam, Ägyptum, Syriam, ipsamque Ägyptum mutuis ipsarum viribus continendas. Extabat ibidem in clivo قصر من بناء الاولين antiqui operis arx seu castellum, uti Abulfeda, Jacutus, aliquique scribunt, quam peculiari nomine قصر الشمع Arcem cereorum dixerunt: ex eo, ut conjicio, quod ibi بيت الله πυρεῖον esset, magia seu Babylonicæ religionis fanum ; cuius meminit Jacutus. Qui hoc addit , suo tempore vocatum fuisse delubrum fumi vel fumosum: & alibi ipsum il-*

Iud castellum nomine **بابيلون** Babylonis adhuc fuisse celebratum; pro quo Oshotus, Chronicus Aegyptiaci autor, aliquique **باب المون** scribunt. Patricides, qui Fustatæ natus & Ecclesiæ Alexandrinæ Patriarcha fuit, in Ecclesiastica historia, ubi agit de Aegypto à Muhammedanis capta, non nisi absolute **العاصمة Castellum seu munimentum** vocat: quasi hoc præcipuum fuerit. & Φράτελος Strabo appellat lib. 17. ubi quæ ille de castello Babylone refert; quod ex Heliopolitana regione sursum naviganti proximum, quod à Babylonis conditum & incultum; quod de posterioribus Aegypti præsidiis unum; quod ab eo ad Nilum descendat jugum quoddam, ex quo manifeste apparent Memphiticæ pyramides: ea omnia quam optime quadrant in arcem, de qua agimus. Præterea eandem Babylonii latitudinem tribuit Ptolemæus, quam Fustatæ Aegyptii posteriores. Unde & horum temporum scriptoribus Græcis, velut Nicephoro Gregoræ similibusque Cähita (quod tunc Fustatæ nomen erat) Aegyptia Babylon passim vocata fuit. Tum etiam amnis Trajanus, qui per Babyloniam fluebat, ut expressis verbis scribit Ptolemæus, idem est cum eo, qui **خليج أمهر المون** amnis Imperatoris Fidelium dictus, & percurrit latius Fustatæ. Hunc quippe Imperator Omar duci, seu posterioris arenis oppletum, ut inquit **فتح مصر في الحاكم** in **فتح مصر** Aegypti expugnata historia, expediri jussit, quo inedia afflicta Meccæ & Medinæ commeatus subvehiceretur. de eo **المرجعي في خطط مصر Macrilius in commentariis** Aegypti inter cætera scribit: **وكان اسم الذي حفره ثانها**: **Nomenque ejus, qui amnem illum secundo fodit, erat Adrianus Caesar.** Sive Trajani auspiciis cœptum opus Adrianus perfecerit, sive solus ejus extiterit autor vel instaurator. Quorum posterius verisimile videtur;

detur; siquidem Adrianus & plura in illis partibus gessit & condidit, quam Trajanus, & hujus ille nomen ut adoptivus filius assumxit: quod & inscriptiones variæ & numismata demonstrant. Ideoque nihil prohibet, quin revera Adriani amnis esse possit, qui Trajani dicitur. Adit vero autor amnem tunc secundò fossum; quoniam paulo ante scriperat, primo ductum fuisse à primis Ægypti regibus tempore Abrahami. Ceterum ad Babylonem illam veterum, postquam in Arabum potestatem venisset, nova juxta Nili in primis ripam urbs accessit, superbo Amri templo condecorata, quod posterioribus etiam temporibus جامع الراية Templum bexilli dictum fuit; quoniam ibi in obsidione erectum fuisse Imperatoris signum. Deinde à septentrione adjectum fuit oppidum بولاق Bulac, nunc dictum, Nili quoque ripam occupans potiore sui parte. Et demum alia ab Oriente accrebit civitas ampla: conspicuo tamen à Misra seu Fustata intervallo divisa: Hanc cum دار الخلافة Domo imperiali sive basilica, & Templo illuſtri, ut vocatum fuit, anno Hezjræ 360 inchoavit Gjeuhar, gente Græcus, libertus & strategus معز الدين الله Moizzi, cuius proavus عبید الله Obeidalla assumpto titulo الهمدی Almabdi, i. e. Ducti seu Ductoris illius, quem iustitiæ & Antichtisti vindicem Muhammedani expectant, occupaverat Cyrenaicam regionem universam. Gjeuhar enim ille cum centum millibus ex Africa missus in Ægyptum, postquam annonæ caritate pressam & rege suo كافور الأحسيني orbatam subegisset, domini sui iussu in novo regno novam urbem & arcem condidit imperii Fatimidum sedem. Nam qui alias proavi nomine العبيدة dicebantur, Fatimidæ appellari cupiebant: ut qui à Fátima, Muhammedis Prophætæ

phetæ filia & unica prole, sibi genus vindicarent. Urbem illam fausti ominis nomine *القاهرة Alcáhira, Victriæ* vocavit: unde postea Italis, deinde Europæis aliis Alcaïro appellata fuit. Quod nomen ab illo tempore designavit totum veteris & novæ urbis complexum, ita ut etiam hodie specialiter Misram *القاهرة العتيقة Cáhiram antiquam* vocent. Neque fefellit nominis illius omen: nam crescente novo imperio, & allubescente, uti fit, novitate, populis undique convenis frequentata nova urbs excrevit in immensum, evasitque paulatim Ægypti velut totius sedes, & Orientis atque Occidentis forum. Et quamvis Misra opportuniore loco sita esset, Cáhiræ tamen incremento ipsa decrevit, & variis insuper terræmotus, pestilentia, direptionis, ac incendii casibus paulatim succubuit & desolata fuit. Inter ea memorabile incendium, quod anno Higræ 564. excitatum à شاور Xavor, patruo Saladini, & duce militiae ultimi Fatimidum Califæ, العاضد لدين الله Adidi, 54 dies durasse scribitur, ne Franci invaderent, utque incolæ omnes & vires Misræ contraherentur ad Cáhiram propugnandum, quam ad باب الشرقية Portam orientalem jam obsederat المري, ut Arabum annales habent, id est, Almericus, Francorum rex. Sed eo etiam graviori pretio pacem redimere Xavor coactus fuit, promissa 100000 aureorum summa; cuius partem decimam præstítit sine mora, soluturus reliquam ad terminum ex pacto & interposito juramento condictum. At ubi 70000 equitum auxilia ex Syria adventare intellexit, datam fefellit fidem. Postea Saladinus, qui Alexandriam & Damatam ab eodem Almerico obsecram liberaverat, & mortuo Chalifa Adido obtinuerat regnum Ægypti, Cáhiram firmiore muro cingere decrevit, inventa muniendi

tractus mensura 20300 cubitorum. Sed inchoatum opus, quod hodieque spectatur, præveniente morte absolvere nequivit, nec post eum aliis tentavit. Fustatæ in ulteriore ripa directe opponitur oppidum جزء Giza, magis ad austrum declinante Memphi. Hoc tamen nomen جزء, quasi *Trajectum* dicas, oppidis quoque aliis tribuitur, quæ urbibus in altera fluminis ripa opponuntur: ita & جزء دهابat in historiis occurrit. Præsidia istic loci primum collocaverat Amrus Alafi filius, condideratque munimentum, veritus ne hostes illo Nili tractu & trajectu occupato invaderent Misram. Deinde aliis pluribus ædificiis accendentibus formam oppidi & nomen accepit. Inter Gizam hanc & Fustatam insula jacet: quæ situ & variorum fructuum arboribus amœna الروفضة Hortus appellari meruit. Alias المقياس *Mejjas* i.e. Mensura locus dicitur: propterea quod Nilometrium ibi, & quidem inter cætera alibi extructa maximum & elegantissimum. Hoc primus ibidem exerat vel instauraverat Vlāma filius Zeidi, Ægypti questor, tempore Validis Chalifæ XIIII. Sed eo ob vitium diruto Chalifa Almamon aliud substitui jussit, quod demum à Chalifa Mutevakkil plene absolutum fuit. In insulam hanc, cum appositis scalis expugnaretur Babylon, confugerat Macaucus, Ægyptiorum pro Heraclio præfectus; atque ibi ex munitione receptu conditiones pacis, de quibus Historia Saracenica, cum Amro pactus fuit. Hæc in Cáhiræ & Ægypti Chronicō docet Oſjotus. Tribus infra Fustatam parasangis finditur Nilus in duos majores ramos. in eoque diverticulo est oppidum seu pagus شطوف, respondens veterum Deltæ, quam tribus infra Memphis schœnis locat Strabo lib. 17. Ab eadem Fustata dimidiū diit itinere aquilonem versus abest عین الشهنس, Jermiæ

miæ & Chaldæis מִצְרַיִם, Esaiæ סִינָה יְהֹוָה; quam Arabes فَرْعَوْنъ *Vrbem Pharaonis* vocant: nam ejus hic fuisse regiam credunt. Et Septuaginta locum On, cuius sacerdotis filiam Pharo uxorem dedit Josepho Gen. xli, 45, vertunt οὐλίας πόλεως nomine. Ipsam vero Ain Xems esse Heliopolin, & nomen, & rudera, nec non consentientes Geographorum descriptiones evincunt. Quod autem in Ptolemæo Heliopolis decem minutis australior ponitur Babylone, existimo librariorum esse mendum. Siquidem paulo ante & οὐλίας occurrit, totidem minutis Babylone borealior: quæ haud alia videtur esse quam ipsa illa οὐλίας: & aliorum autorum narrationes eundem illum, quem dixi, situm Heliopoli ascribunt. Adjacet ei ad austrum pagus المطردة Matharia, puto quem beata virgo Maria cum Jesu puer frequenter adiisse creditur, & Balsami paradiso, ut vocant, seu hor- to celeberrimus. Si quis de Misra & Cáhira cognosce plura atque alia velit, consulat Leonem Africanum lib. 8. & Principem Radzivilum Hierosolymitanæ peregrinationis Epist. 3. Sed infinita sunt, quæ præter ea ha- bent autores Arabici.

[القُبْرِيَّة Pheijum] Antiquissimam esse hanc Ægypti urbem, & primum أَكْوَدَة dictam, atque à Josepho Patriarcha conditam tradunt Arabici scriptores. Nec multum hinc abludunt quæ Leo Africanus refert lib. 8: ex Arabum quoque, uti verisimile est, monumentis Benjamina est Pithom, Ex. i, ii. At juxta hanc senten- tiam non potuit Pheijum autorem habuisse Josephum, quod ex eo loco appetet. A Fustata Libanotum ver- sus distat quatuor fere dierum itinere, per majorem par- tem solitudinis & sitibunda loca. Urbem circumdat & fecat Nilus: ejusque foræ, balæca, gymnasia, & circum-

jacentes horti memorantur Abulfedæ. Territorium autem universum, cuius Pheijuma caput, humili adeo & depresso esse solo tradit Jacutus, ut quemadmodum sitiente reliqua Ægypto Nilum haurit ad fœcunditatem, ita & ab eodem facile obrui possit & submergi ad extium, cum partes aliae ad latitudinem rigantur. Cui quidem commodo servando, incommodo autem prohibendo, tres à Josepho alveos fuisse ductos scribunt; eos scilicet, quibus hodieque Pheijumæ regio inclusa cernitur. Australis apud Jacutum المنهى Menhà dicitur; Occidentalis à pago quodam بهمورت Teihamert, cuius pars effunditur in ejusdem nominis desertū; Orientalis, præcedenti vicinior, فیوم قبور Amnis Pheijúma. Complures interjacent pagi: multæ etiam ad aquandis agris paratae sunt fossæ, per quas emissariis ad amnium illorum ostia adpositis aqua distribui solet pro agrorum mensura & necessitate. Cui imprimis occasioni, tempori, & loco scriptores iidem, qui Josephum operis illius & urbis prohibent autorem, artis Geometricæ inventum acceptum ferunt. Situm Pheijumæ, aditumque ad eam Arabibus, cum Misra potiti essent anno demum post innotuisse scribit Ibn Abdo'l hakim in Ægypti expugnatæ historia: idque eam ob causam, quod humilitate soli & alveorum implexu urbs velut abscondita lateret. Deprehensam nullo negotio occuparunt. Anno Higræ 600 etiam cepisse Francos & diripiisse النھبی في العبر testis est. Pheijumam pro incunabilis habuit R. Saadias Gaon, qui propterea in Arabica sua Geneseos metaphrasi القبوی inscribitur. Diætam vero regionem eandem puto, quam Heracleoticæ præfecturæ nomine indigitarunt Græci; & Pheijumam esse Herculis, aut, si quis malit, Nili urbem: & حبرة فیوم Pheijumæ lacum, qui juxta

juxta Abulfedam dimidii diei itinere ad occidentem ab urbe distat, haud aliam quam lacum Mœridis, quem cum Heracleotica regione describit Strabo lib. xvii.

الاسكندرية Alexandria] Ante tempora Alexandri dictam fuisse, رقودة ex monumentis antiquis Coptorum ita efferi tradit Teifaxis in libro سرور النفس جمنارك الحواس الخامس Hoc autem est *panώπις*, & propterea nomen antiqui vici, cui successit Alexandria, ipso illo nomine deinde appellata: uti Strabo lib. 17. & glossarium Ægyptiacum docent. Idem valet *panώπις* apud Cedrenum. De Alexandria vero scribit Ibn Abdо-lhakim, supra laudatus autor: *كادت الاسكندرية* *ثلاثة مدن بعضها على جنب بعض منه وهي موضع المينا واما ولها والاسكندرية وهي موضع قصبة الاسكندرية البحرين ونقطة وكان على كل واحدة منها من سور من خلف ذلك الثالث Fuit Alexandriæ civitas triplex, alia ad alterius latus posita: nimurum Menna i. e. portus, qui Phari & vicinarum partium locus est; Alexandria proprie dicta, ubi Alexandria oppidum visitur hodie; & Nekita, seu, ut puto, Necropolis, Josephi & Strabonis. Earum vero quamlibet peculiaris cingebat murus, post quem aliis ambiebat simul omnes. Vias per quadras sive cancellatum ordinatas fuisse, quod vix alibi in Oriente spectare licet, ipsa rudera & quæ nunc superest forma demonstrant. Ideoque de ea Abulfeda: وهي موضوعة على صدرة رقعة الشطرين وارتفاعها كالصلبان لا يضيق فيها Disposita est ad formam abaci latrunculorum, ejusque plateæ crucibus similes; in quibus aberrare non possit peregrinus. Proxime ante Muhammedicum bellum floruit adhuc Alexandria antiquo fere suo cultu, Ægypti totius etiam tunc metropolis habita: quo cum accederet situs loci ad continentum Orientis commercium,*

&

& imperii partem opportunus, omnes vires intende-
runt Græci, ut obsidionem solverent, qua Amrus jam
Misra potitus & auxiliis Ægyptiorum auctus urbem
premebat. In hunc finem multas copias paraverat He-
traclius, quas duxisset ipse, uti Arabum annales habent,
nisi occupasset mors. Obsidionem tamen Alexandrinæ
ab eodem tempore fortiter sustinuerunt totos novem
menses, cum jam ante pertulissent menses quinque. De-
ditam urbem quadriennio post recuperarunt Græci, à
conspirantibus Alexandrinis cum classe recepti. Tunc
Ægypti præfecturæ restitutus fuit Amrus, quem depo-
suerat novus Chalifa Osman. Quod Ægyptii obnoxie
rogaverant, quoniam militarium & simul Ægyptiarum
rerum usu præstaret, ipsique defectionis suæ consciæ à
Græcis metuerent vindictam. Amrus cum pertinaces
intelligeret Græcos, jurejurando edixit, teste Ibn Ab-
do'lhakim : لیعن اظفروا الله عليهم لاهم من سورها
حکی قلوب مثل بیت الزادۃ یوئی من کل مکان
Quod si victoriam in eos concesserit mihi Deus, diruam ego urbis
muros, ut referat meretricios domum, quæ undique aditur.
Urbem itaque vi expugnatam mœnium ornatu &
munimine nudavit. Incolarum tamen vitæ maximam par-
tem pepercit. Eo autem loco, ubi militum obvios quo-
que truncantium vim cohibuerat stiteratque templum
postea exstrui jussit, quod propterea جامع الرحمة *Synagoga misericordie* dictum fuit. Ab eo tempore utibz flo-
rentissima paulatim diminui & collabi cœpit; adeo qui-
dem ut nunc solo fere portu & mercium exagogis con-
stet. Alexandriam obsederunt Franci anno Higræ 562. at
الله جن شبرکوه Saladinus, qui unâ cum patruo
Ægypti præfecto, suppetias venerat, obsecorem hostem
4 menses sustinuit, repulitque. Quo facto primum in-
claruit

claruit Saladini nomen, invaluitque autoritas. Postmodum tamen Alexandriam Franci invaserunt anno 767, & incolas partim occiderunt, partim captivos in prædam servarunt: sed ut contra eos exercitum eduxit Ægypti rex, relicta urbe ceperunt fugam. Alia de postremo urbis hujus statu vide, si lubet, apud Leonem Africanum lib.8. & apud Principem Radzivilum Epist.3.

7.lin.10. *أَفْرِقَةٌ Africa*] proprie dicta, seu provincia: quam Arabes plerique à Tuneto seu Carthagine, vel ut pag.105 dixi, à Bona, id est Hippone ad Barcen, quidam usque Alexandriam producunt. Néque latiore significatu nomen hoc usurpant. Nam quæ Latinis absolute Africa dicitur, Arabibus اَرْضُ الْمَعْرُب Terra vel *regio Occidentis* vocatur. Atque verisimile Africæ nomen primitus illi provinciæ, postea toti Orbis parti inditum fuisse. Etymon Leo Africanus petit juxta المَسْعُودِيَّ & هَشَامَ بْنَ سَعْدٍ, nec non aliorum traditiones, ab اَفْرِيقِيَّا Ifrico, Arabiæ felicis rege; nimirum, uti Notæ hæ pag.106 habent, *filio Caiſi, fil. Seifis, fil. Sabæ minoris*. Quem Ibn Abdûn aliique quintum faciunt à Saba majore. Illo autem post Africam regionem devictam in regnum Arabiæ reverso, duas tribus كَتَمَاءَ & صَنْهَاجَةَ ibi permansisse scribunt; ac proinde quosdam Mauros Arabibus, cæteros vero Philistæis oriundos. Sunt tamen, qui ipsos illos Ketamæos Sanhagiosque accensent Philistæis; quorum copias istuc Ifricus secum duxerat. Pro Ifrico hoc Josephus Ant. Jud. lib.1. ubi de Kethuræ filiis agit, tractus ejusdem victorem ἐπωνυμον facit Ophres, filium Midian. Potest etiam Africæ nomen ab יְהוָה five יְהָמָה, quæ vox Pœnis non insolita pulverem notat, commode deduci: siquidem tota fere illa regio arenosa est & pulverulenta; vel ab

idiomatis Africani, de quo pag. 92., peculiari voce ^{أَفْرَجْ} Afroch, qua designatur *palma*; ut unica pene in illo tractu, ita frequentissima arbor. Porro Siculis, Græcis, Italisque nomine Africæ indigetata fuit maritima hujus provinciæ urbs Mahdīa, Siciliæ opposita & præcipuum hujus tractus præsidium; cuius sequenti scholio mentionem faciemus. Sed non intelligi ab Alfragano urbem, satis indicare videntur ipsa ejus verba, cum scribat ^{أَفْرُقِيَّة} بِبَلَانْ per Africa regionem procedere & hujus & præcedentis Climatis tractum. Nec Arabum quisquā, quod sciam, oppido Mahdīæ tribuit Africæ nomen.

^{الْقِبْرِوَانْ} Kairevān] Africæ proprie distæ metropolis, 33 parafangis à Carthagine distans ortum brumalem versus, & 12 à mari; condita (seu instaurata, uti puto) primum ab ^{عَقْبَةِ جَنْ نَافِعْ} Ocba Nafaïde, qui post expugnatam Barcen ibidem ab Amro relictus scribitur, ut Barbaros seu Afros Muhammetismo nomen dantes apud se congregaret. Anno autem 40 Higræ decem millibus à Chalifa Muavia suppetias missis, provinciam Africam subjugavit, & arma longe lateque protulit in Nigritas usque. Sed cum diffideret Afris, ut qui in accepta religione vacillarent, & sibi & copiis suis collectisque thesauris præsidium struxit: quod, longius à mari dissitum ac deserto proximum, & securitati contra Siculorum & Romanorum classes, & compescendis Afris conferret. Ab eo tempore ædificiis publicis privatisque, opibus, artibus, literis urbs florere cœpit: & præceteris caput extulit sub dominio ^{الْأَغْلَبِ} Aglabitarum. Nisi quod mœnia diruit ^{زِيَادَةً} Ziádes Aglabita, metuens ne præsidio esset ut hosti suo ^{مُهْرَجَنْ} خَالِدٌ Omaro fil. Mochâtid, si urbe potiretur. Decrescere & ipsa cœpit, cum Ibrahimus, Ziádis illius ex fratre Ahme

mede nepos, quatuor miliaribus à Kairewân, ameno
 & saluberrimo loco, novum ædificasset oppidum, قات,
 nomine, plus quam decies mille cubitorum ambitu; quo
 redundantes Kairevanæ incolas, & advenas exciperet.
 Unde illa, prout novitate capi homines solent, veteri
 huic præhabita, & imperii sedes constituta fuit. Iterum
 tamen florere Kairevana cœpit sub Obeiditis, qui se
 Fatimidas dicebant, multosque annos tenuerunt re-
 gnum Ægypti: prout ante diximus. Eorum primus O-
 beid-alla, cognomine Mahdi, habitus à suis quidem fuit
 filius الحسن القداح Hâseni Caddâbi, quem ex Ali &
 Fatima revera oriundum communis erat consensus; ab
 aliis vero privignus tantum & adoptivus, natus ex Ju-
 dæo. Hic Obeid-alla circa annum Higrae 300 ex urbe
 Syriæ Salemia, seu Salami juxta Josephum de bello Jud.
 lib. 2. (quam à Salome Herodis sorore ita dictam potius
 arbitror, quam etymo quod ex Arabum sententia ad-
 ductum fuit pag. 127.) in Africam profectus, fixo Kaire-
 vanæ domicilio novi principatus seçtam erexit, & ma-
 gno undique confluxu auctam firmavit. Per quam
 causam contigit paulatim deserit Raccádam. Sed cum
 ibidem haud satis tutum se putaret, in prominentiori
 littoris extremitate, & veluti peninsula quadam, quam
 & Siciliam interjacet insula قوصرة Cosyra Ptolemæi Pli-
 niique, munitissimum extruxit præsidium, & de cogno-
 mine sibi assumpto مهدیة Mahdiam vocavit. Pulsis au-
 tem & subactis Aglabitis, Kairevân iterum, & magis
 quam ante, Fatimidarum aseclis frequentata & culta
 fuit, collabente interim Raccáda; cuius deinde reliquias
 مدد Moïddus, Ismaëlis filius, Obeidallæ nepos, solo
 æquavit. Tandem labascente Fatimidarum imperio,
 etiam Kairevan defecit, & splendorem omnem ac glo-
 riæ

riam amisit: in primis postquam sub Tunetani regis dominum redacta fuit. Nomen quod attinet, origine esse Persicum volunt Arabum Philologi, & pro **كاروان** usurpari, quod Persis *agmen viatorum* notat, idem quod قافلة Arabibus. Ita ad designandum exercitum utitur illa voce **امرو القيس** *Amr-alkais*, antiquus Arabum poëta. Nec præter rationem nomen hoc inditum urbifuerit, quæ Arabum copiis, munimento & castris extorta esset. Forte antiqui oppidi nomen Kararos, quod eodem aut saltem proximo situ apud Ptolemæum extat, arreptum ab Arabibus, vel à propinqua & celebri Cyrene in illam familiariorem ipsis vocem detortum fuit: nam & Coptis sive Ægyptiis **ناعي** dicitur.

Lin. 12. **بلاد التبت** *regnum Tebet vel Tebetarum.* Jetiam Tibet, Tebber, & Tebbut pronunciari solitum. De eo Geogr. Nub. clim. 3. parte 3. أرض التبت **جاحو الصين** و بعض بلاد الهند *terra Tibet vicina est Sinis Indorumque regioni.* Etenim Sinensis provincia Xensi dicta ab oriente adjacet regno Tibet, intercedente cum Croceo flumine, ut Sinis vocatur, tum continuo montium tractu, qui appositis arcibus & munitis exteris irrumperet volentes arcet, haud secus ac Magnus ille murus, qui Tibetan regno paulum borealior est, patentes ibi campos obsepiens aditum præcludit. Austrum versus, ubi dicti fluminis, borealem permeantis Sinam mare Eoum usque, fontes seu lacus existunt, regioni Mien occurrit, quæ notissimo Indorum regno Bengalæ ab oriente est contermina. Tibeti borealia lacus Sinis Cinghai dictus, id est, *Nigrum mare* attingit. Ab occasu autem exorrectum in boream ingens desertum jacet, quod Sinis Xamo vocatur. Quod vero Jacutus & alii tradunt Tebet esse **بلاد بارض الترك** *regionem in terra Tur-*

Turcarum, intelligendum est de Tartaris Scythisve orientalibus, quos aliquando generatim nomine *Turcarum* Arabes notant. Atque ita addit idem Autor, regem Tibetanum, خاقان *Chakân* appellari (خاقان recensioribus Græcorum scriptoribus) proprio Turcicorum regum titulo. Cumque Alfraganus Climatum initia ab extremo repeatat Oriente, utique h̄ic quidem nomine Tebet etiam proximam Sinici imperii ab Oriente partem comprehendere videtur. Minus enim tum Sinae borealis nomen خطأ Catayum Arabibus notum erat: postmodum devicta à Tartaris, duce جنگیز خان *Tgingiz Chân*, hoc nomine inter Persas & Arabas celebrari cœpit. Geographis Arabum antiquioribus etiam regnum ختن *Choten* simul fere cum Tebet describitur, nempe eo borealius uno gradu, occidentalius autem tribus. Ceterum Tibet ob fertilitatem soli, herbarum, fructuumque præstantium, nec non mansuetiorem animalium & artium cultum præ vicina Tartaria passim laudari solet. Tum & muscum Tibeticum toto pene celebre est Oriente, odoratum illud capreæ excrementum quod ad umbilicum in tenui vesica congeri solet. Ea musco impleta suo دافعه المسک dicitur; petita à Persis voce, quibus دافعه umbilicus est. Quin hoc Sinensi à multis præfertur, tum propter pabuli, ut ajunt, virtutem magis odoriferam, tum quod recentius & minus adulteratum ad Persas & vicinos populos exportatur. Quamvis ex vicina Sinarum provincia Xensi & proximis aliis moscum, rhabarbarum, atque alia ad Tibet deferrri, atque hinc quoquo versum distrahi soleant.

Lin. 13. [Chorasān] Latus terræ tractus est, quem ita definit Abulfeda : يحيط بها من جهة الغرب المفارقة التي بينها وبلاد الجبل وجرجان ويعبط بها من جهة

جهة الجنوب المغاربة فاصلة ببها وبنين فارس وقومس
وسيط بها من الشرق دواهي سجستان وبلاد الاهن
وسيط بها من الشمال بلاد ما ورا النهر وشي ومن
قيركستان, *Cingit eam ab occasu desertum, quod inter-*
jacet ipsam & montosam regionem, quæ juxta Ptolemæi
descriptionem est Choromithrenæ & Parthiæ monta-
na pars, & Gorgiana, nempe طبرستان Hyrcaniae
metropolis, ac proinde Ptolemæi Hyrcania urbs. Ab
Austrō eam terminat desertum, quod inter Persidem &
Comis seu Comisenem Ptolemæi ex porrigitur, & porro
Carmaniae & Dranganæ obtenditur, uti addit Ibn-Hau-
kel. Ab ortu autem limites illi sunt partes Segistanae, de
qua pag. 111, atque India, sive pars ejus Mehrâna. Denique
à septentrione eam terminat Mawvarenahr, id est, regio
quæ ultra Flumen, i.e. Oxum, & portio Turkestanæ. Un-
de appareat, Parthiam, Ariam & Paropamisum, nec non
Margianam & Bactrianam, juxta Ptolemæi descrip-
tionem acceptas, hoc nomine Chorasanæ contineri: quod
aliás apud Ptolemæum tribui videtur peculiari Parthiæ
regioni, quam Choreanam vocat. Subinde autem Chor-
asanæ nomen latiori significatu ulteriores quoq; plagas
designat, quæ Mawavenahræ seu Transoxianæ regionis
sunt & Turkestanæ: uti, & hic & initio climatis sequentis,
ab Alfergano & sape à Persis sumitur. Quin Choroa-
na nunc Persis aliisque à magna partis, præcipue bo-
realioris, domina gente Uzbek dicitur. Ceterum vox خر
Chor Parthis Solem denotat, & اسان locum; quasi Solis
regionem dicas: vel quod Parthis protenderetur in
ortum Solis, vel quod maxime ibi viguerit illis fere pro-
prius Solis cultus. Nomen gentile hinc Arabes formant
خراسانی & خراسی، خرسی; quorum postremum
præ cæteris usitatius: eoque hodie in Oriente ma-
xime

xime celebre est semen sementinæ, propterea quod ex Chorasana copiose exportari solet.

چوند *Chogenda.*] Et sine He finali scribitur. Mawaranahræ seu Transoxianæ regionis inclyta urbs est, ad occasum adjacens Jaxarti, in cuius ripa integrum occupare fertur parasangam. Unde Jaxartes, qui alias proprio nomine **سیبون** *Seihûn* appellatur, **خون** *Fluvius Chogendæ* denominari solet. Besse latior fere est quam Oxus, & ostium tribus quasi gradibus borealius habet; alibi tamen amplius sex gradibus ab Oxo distat. Urbs Chogenda in plano sita est feracibusque omnium pene fructuum hortis prædita intus & foris. Sub latitudine 41, 55, collocatur in Tabulis Olugbegi, qui ibidem imperavit: Samarcandâ, quæ Transoxianæ regia metropolis, orientalior 39 minutis. Territorium verò Chogendæ, licet à Ferganensi, quod ultra Jaxartem patet, revera divisum videatur & distinctum, à Geographis tamen plerisque eidem accensetur.

اشرونسه *Ofrúxena.*] Et hæc de Transoxianæ primariis urbibus una est, ac provinciae cognominis caput, sub 40 graduum parallelo, Samarcanda borealior 25 minut. orientalior vero 43 min. ut docet Olugbegus. Regio ipsa potiorem partem montosa, teste Ibn Haukel qui eam perlustravit, confine ab occasu habet regnum Samarcandicum; ab ortu partem Ferganensis; à septentrione partem hujus alteram, & agrum **الشاش** *Xâshi*, qui trans Jaxartem excurrit ultra Samarcandicum; ab austro denique collitaneum habet territorium **صغادیان** *Saganianum*, atque eo occidentalius territorium oppidi **کش** *Kesh*, quod Tamerlanis natalibus clarum. Continet autem hic Ofrúxenæ tractus quamplurimos pagos, amplitudine

ne urbium multos, quos propterea urbes plerique autores vocant. Et arces in eo vel quadringentas enumera-
rari testatur Abulfeda.

فرغاده Fergâna.] Hæc autoris nostri Muhammedis patria est; at quam pro regione potius quam urbe autores celebrant: Ibn Haukel اسحاق حنفی اسماعیلی، Fergâna ipsi climati impositum nomen: Abulfeda اسحاق بن جعفر عظیمی اسماعیلی nomen provinciæ magnæ dicit. At regionis nomine saepe indigitatur primaria ejus urbs. Ita اندجان اشکان seu (nam ج Arabic usurpari pro ک Persarum ostendimus pag 42.) quæ à Chogenda Cæciam versus itineris bidu dissidet, nomine Ferganæ appellari solet. Anonymus Persa in accurata satis Latitudinum Longitudinumque tabula، فرغاده وهی اندجان قب امپ اک Fergâna, quæ Andugân dicitur, long. 102. lat. 42. 20. Et cum Abulfeda eosdem plane numeros tribuat Ferganæ ex aliorum fide, videntur hi ipsi nomine Ferganæ designasse Andugân: cumque hujus Andâgun meminerit idem Abulfeda alienis etiam verbis in lacinia, quam ubique attexuit Operi suo ad recensenda celebriora quædam loca, quorum longitudines latitudinesque ipsi incognitæ essent, non videtur satis animadvertisse, ab iisdem autoribus nomine Ferganæ & Andugân eandem denotari urbem. Sed in Persæ alterius, & Olugbegi tabulis nec Andugan, nec simplex Ferganæ nomen ullibi exhibetur: sed tantum اخسکت قصبة فرغاده قاگی میں کہ Achsiket oppidum Fergane, long. 101. 20, lat. 42. 25. Qui quidem autores cum nullam aliam provinciæ Ferganensis urbem, quas tamen plures recensent, nomine Ferganæ exornent, videntur sane urbem Achsiket pro ea habuisse, quæ per Ferganæ nomen intelligenda esset, si peculiarem aliquam indicaret urbem. Et videtur vox اخسکت facta

facta ex أخشبى quod peculiare regum Ferganæ nomen est, teste Almacino lib. 3. cap. 4. & كتى, quod & Mongolis, Transoxiana gente oriundis *thronum*, sedem regiam sonat, ut Lexica Turco-Persica Ibn Hagib & Logat Nama docent; & aliis nominibus adjectum multa format Transoxianarum urbium nomina; qualia sunt اسپاذكتى, شاوكتى, قاتلى, يەكتى ita Persica multa additum habent كردى & جرد quasi à Chald. بىچەنەم quod, *urbem* & *munimentum* notat. Porrò Achsiket, Chogendæ etiam propinqua, agrum in plano habet: cui proxime succedit montosus & potior Ferganæ tractus, Turkestanæ sive Scythiae conterminus, vel portio quædam. Ibi naphtæ fontes, auri & argenti, boreæque lapidis, qui vulgo Turcois dicitur, à Turcica forte illa regione, venæ celebrantur; nec non, quæ sponte ibi proveniunt, insigniorum fructuum arbores, & nobiliores plantæ. Est quoque Persidis pagus, qui Fergana dicitur: unde distinctionis ergo nomina gentilia subinde efferuntur cum Adjuncto, ut الغرگانى الغارقانى & الغرغانى القركمانى Nonnulli hinc, quam plurimi inde, celebres doctrina Viri prodierunt. Quinimo Oxiana regio universa illustrum ingeniorum mater & quidem fœcunda fuit: quæ tractandis scientiis & exquisiti judicii studiis magnum sibi nomen pepererunt, ubiunque linguæ Arabicæ vel Persicæ, quibus plerosque libros conscripserunt, notitia & cultura viguit. De Fergana vide sis Hist. Sarac. pag. 219. Super ea merito quæstionem movit Wilhelmus Schikardus, eximia eruditionis & industria Vir, cum quibus gratus in illo modestiæ simul atque humanitatis emicuit candor; magno amicorum dolore & reip. literariæ damno immature extinctum seculi nostri lumen. Is in Tarich suo, sive de regibus Persicis commentario

pag. 189. quærit, quomodo Fergana referri ab Abulfeda potuerit ad clima quintum, latitudinem, ut dixi, 42, 20: cum ab ipso Alfergano hic subjiciatur climati quarto, quod terminatur tricesimo nono latitudinis gradu. Quapropter Abulfedæ numerum in exemplari Tengnagiano librarii culpa corruptum credit, ut Astronomi Ferganensis autoritatem tueatur. At nullum subesse mendum oblata mihi post testimonia facile persuadent; nimisrum exemplaris nostri consensus, & allegatus modo anonymous Persa: qui urbem Ferganam ea quam dixi latitudine describit: itemque Persa alter, & Olugbegus, qui *Achfiket* urbis, ad *وَقْتِ الْخَارِجَةِ* *Iaxartem* sitæ, quam pro Fergana habent, latitudinem quinque etiam minutis augent. Cum autem Olugbegus climatis Transoxiani rex, accurate omnia, quæ potuerit, observasse prædicetur, ad firmandam Tabularum fidem, & cum iis augusti nominis sui perennitatem, non illum ausim tam crassi arguere erroris in patrocinium Alfergani, quem minus constat propria demensione nixum: eoque minus hoc facere debeam, quo facilius excusari idem Alferganus potest. Nam cum certum aliquem Ferganæ, quam propriæ ditionem esse dixi, locum expresso nomine ipse non designet, primam ejus partem intellexisse potuit ac debuit, quæ Osruxenæ, ut modo retuli, ab oriente confiniis, non minus quam ipsa pertinet ad clima quartū. Et quid mirum, Autorem nostrum patriæ suæ meminisse, quamprimum ejus memorandæ locus daretur? Supra autem monitum fuit, eum quoque in Geographica hac recensione extra Astronomicos, accuratosque, climatum terminos subinde exspaciari: quod & in proximis Chogenda atque Osruxena facit, item in Samarcanda & Buchara, & Geographus Nubiensis, aliq; pluribus locis.

cis. Ignosceret autem benevolus lector, si ego quoque hic & alibi longius digressus videar.

سمرقند من مدینة على جنوبی وادی صفرد وهي قصبة السفن
وهي مرتفعة على الوادي وحول سور سمرقند خندق عظيم
لها دهريين خل المدینة على حملات في الخندق وعمول
بالرصاص Samarcanda urbs est ad australem partem flu-
minis Sogdi, hujus ex Sogdiis montibus effusi meminit
Geogr.lib.vi.Ptolemæus; estq; regionis Sogdiana primaria
supra Fluvium vallumve assurgens. Mœnia autem Samar-
candæ ingens circumdat fossa, & superstructis in ea fulcimè-
tis in urbem fluvius immittitur per plumbeum ductum Hoc
generali sensu postrema verba reddere mihi dubia res
ipsa suasit. Eandem urbe من قواعد ماوراء النهر de mœniis
vel præcipuis Transoxiane totius civitatibus unam facit
Abulfeda: quin omnibus facile præcellit. Quare & in ea
regni sedem fixit Tamerlanes. Vix dubitandum, quin
hæc veterum Maracanda, quæ Sogdianorum regiam
vocat Arrianus sub finem lib. III. de Alexandri expedi-
tione. Perperam, mendosè puto, in Ptolemæo Mara-
canda relata sunt inter urbes Bactrianæ: cum hanc à
Sogdiis Oxus distinguat. Nec obstat, quod Jacutus Ha-
matæus scribit, قيل ان سمرقند من بناء الاسنان Samar-
candam perhiberi opus esse Alexandri: cum Maracan-
da ab eo expugnata, & quod lib. XI. refert Strabo,
inter alias Sogdianorum urbes diruta fuerint. Nam
quam sæpe contingit, urbem imperii consequendi ergo
subversam, imperio firmato restitui & velut de novo
condi? Vel si hæc de iis, quas Alexandrum struxisse in
Sogdiana allegato loco Strabo inquit, una est, anti-
quum dirutæ regiæ nomen ab indigenis forte postea in-
ditum fuit. Elegans & memorabilis videatur Samar-

candæ descriptio, quam spectator dedit Jacutus; cujus verba, quæ lectori forte gratiora erunt, hic adscribam:

حياطها اثني عشر فرسخاً وفية بساتين ومزامع وارحاماء ولها اثنتا عشرة باباً من الباب الى الباب فرسخ وعلي اعلا السور آزاج وابرجة للحرب والابواب الاثنى عشر من حديد وبين كل بابين مدخل للدواب وادا جرت المزارع صرت الى الريض وفيه ابنيبة واسواق وفي ربضها من المزارع دف وستمائة جروب وهذه المدينة اعني الداخلة ام بعة ابواب وساحتها تكون فحو مياء جريم وفيها المسجد الجامع والقنهندر وفيه مسكن السلطان وفي هذه المدينة الداخلة نهر يجري من مرصاص وهي نهر قد بنى على مسناة عالية من حجم نهر يجري عليه الماء الى ان يدخل المدينة من باب كش وجة هذا النهر من رصاص كلة وقد عمل في خندق المدينة مسناة ولجري عليه وهو نهر يجري في وسط السوق بموضع يعرف بباب الطاق كان اعمى موضع بسمر قنة وعلى حافات هذا النهر غلات موقوفة علي من بات في هذا النهر وحفظه من الماجوش عليهم حفظ هذا النهر شتا وصيفاً مستقرض ذلك عليهم وفي المدينة مياء من هذا النهر عليه بساتين وليس من سكة ولا دار الا بها ماء حمار الا قليل وقل ما يخلو دار من بستان حتى اذك اذا صعدت قنهندرها لا ترى ابنيبة المدينة لاستقامتها عنك بالبساتين والاشجار فاما داخل سوق المدينة الكبيرة ففيها اودية وادهام وعيون وجبال،

Ambitus ejus duodecim parasangarum est: quo quidem continentur horti, arva & prata. Duodecim portas habet; quarum una ab altera distat intervallo parasanga. In summo autem muro xylli & tresses extant ad belli usum. Portæ illæ duodecim ferreæ sunt, & inter binas quas-

quasque sua excubitoribus statio. Arva transgresso occurrit suburbium, ubi edificia & fora: atque in suburbicaria hac regione agrorum sunt plus quam sexcenta jugera, ^ج est jugerum seu agri modus cubitis quadratis 576 constans, id est quatuor ^ف, quorum quivis dimidius actus est, cibitorum 144, teste Camusio. Vrbi huic, nimirum interiori, quatuor sunt portae, & centum circiter jugerum spatio fundus patet. In ea Templum synagogicū sive cathedralē, & arx: vox قهندز Kohunduz pro Persico seu Parthico; ^د Cubundiz; quod vetus arx est, & de Chorasanæ atq; Transoxianæ arcibus peculiariter usurpatum, de iis imprimis quæ in media sunt urbe; & hoc nominis illis datum videtur, quod pleræque omnes antiquitate spectabiles. Eandem arcem inhabitat Rex. In urbe hac interiore rivus est per plumbeum fluens; qui super alto deducitur lapideo fulcimento sive aqueductu, donec ingrediatur urbem ad portam Keshensem. Kesh autem vicinum Samarcandæ oppidum est, cuius supra pag. 167. facta mentio. Rivi inquam hujus tota facies seu fundus plumbo constat. Est & in urbis, exterioris puto, fossa aqueductus super quo fluvius defertur: idemq; medium forum secat eo loco, qui porta Taki sive Munitenti dicitur, & maxime habitata Samarcanda pars est. Provenientium autem ad fluvii hujus ripas frugum pars jure piæ donationis pertinet ad Magos: qui ad fluvium pernoctare solent, eundemque custodire debent hyeme & estate. Ex fluvio hoc, ad quem siti sunt horti, derivantur per civitatem aquæ: neque platea ulla est aut domus, nisi forte paucæ, in qua non perennis aquæ fluxus. Et raro accidit, domum aliquam carere horto: adeo quidem ut consensa arce cernere nequeas edificia Vrbis, ut quæ intermediis hortis & arboribus tecta latent. Intra urbis autem majoris forum existunt rivi, fluentia, fontes, & mantes. Ibidem etiam, me-

dio nempe inter suburbium & externa urbis moenia spa-
tio, insignes multæ domus & palatia extant. Quamob-
rem **حصين بن المنذر السرقي** celebrare ur-
bem comparatione volens, inquit: **كادها السماء**
للحضور و قصورها الكواكب للإشراف و دهرها المجرة
للأعراض و سورها الشمسي للإطباقي
*Ac si ipsa Cælum ob
virorem, nam & cœlum esse dicitur, eiusque palatia
ob splendorem Stellæ; fluvius ejus Galaxias propter obliquum
cursum; murusque ejus, interior ut puto, Sol ob congruen-
tem rotundamque formam.* Quam similitudinem, car-
mini potius convenientem, carmine imitatus videtur
احمد بن واضح in ejusdem urbis descriptione:

علت سمرقند ان يقال لها زين خراسان جلة الكورة،
البس ابراجها معلقة بحبش لا تستبيه لتنظر،
ونون ابراجها خنار قها عقبة ماء نقام من ذغر،
كادها وهي وسط حايطها محفوظة بالظلل والأشجار،
بدروادها مجرة والاظام مثل الكواكب الظهر،
*Excelsa meruit Samarcanda dici decus Chorasanæ, paradisus
regionum.*

*An non sunt turres ejus in altum suspensæ ubi non apparent
visui,*

*Et subter illis fossæ steriles aqua, suis constantes præsidis;
Ac si ipsa, puta interior urbs, intra murum obsita umbris
& arboribus, lunares referentibus maculas.*

*Luna quedam, & rivi ejus Via lactea, arcesque velut Stella
micantes?*

Laudatur namq; urbs hæc & ipsa regio non inter Trans-
oxianas tantum, sed etiam reliquas Asiac universas, amœ-
nitate & elegantiore prospectu nulli secunda. Quamob-
rem **سفن سمرقند**, nam & per scribitur, *Sogdiana*
Samarcande, id est, vel Sogdianæ circa Samarcandam
pars, aut Sogdiana tota, cuius Samarcanda caput, inter
qua-

quatuor Asiae Tempe numerata fuit. Vide pag. 120 & 121; at Bractiana ibidem pro Transoxiana minus rectè positum. Sed quæ de urbis muro aliisque operibus dicta fuerunt, incursione Tatarici imperatoris, Tgingizchân, multum de veteris formæ præstantia amiserunt; quod etiam à se visum scribit Arabsiades in Historia Tamerlanis. Dividitur autem Sogdiana in XII رساقيف agros sive suburbicarios vicos diversi nominis; quorum sex ad borealem Sogdii fluminis partem, sex alia ad australē pertinent.

بلخ Balchum.] Chorasanæ metropolis Abulfedæ, & in ejus medio collocatur; non comprehensi spatii, sed longitudinis respectu. Conditam à لراسپ Lorasp, patre Hydaspis, Persico rege, tunc cum à Nēbucadnezar Hierosolymæ diriperentur, tradit Jacutus: qui & ex aliis refert olim Alexandriam fuisse dictam, utpote ab Alessandro structam. Sed Alexandria illa, ut videre est apud Ptolemæum, Transoxiana est ad Sogdianos pertinens. Cum veterum Bactris potius convenire Balchum, & nominis consonantia quædam & situs comparatio ostendunt. Neque antiqui illius nominis vestigium alibi in illo tractu reperitur: aliquod tamen de tam celebri urbe superesse fit verisimile. Quæ autem mox in Alfergano sequitur Buchâra, ultra Oxum existit, & nimis in occasum vergit; cum cis Oxum esse Bactra veteres testentur Geographi omnes. Tum quoque iidem tradunt fluvium præterlabi, Zariaspm vocat Strabo, Bactrum Curtius Pliniusque, & suum ipsi urbi dedit nomen: quam sub monte Paropamiso, Tauri aut Caucaſi parte, collocant. Similia de Balch refert testis ocularius Ibn Haukel: eam nempe urbem in planicie sitam esse quatuor à monteparaſangis, & per suburbium ejus meare

meare fluvium دهاشن *Dehâsh*, qui post rigatos hortos & arva duodecim ab urbe parasangis se effundit in Oxum. Summa etiam, qualis Baetriano tributa fuit, prædicatur soli Balchici ubertas: ita ut sub 37 grad. latitudine, ubi à montium vicinia subinde ningit, sacchariferam producat concoquatque cannam. Notandum quoque, quod Ptolemæus in descriptione Bactrianæ ait, sub Zaraspis, qui Baetriani, esse Tocharos, idem quoque dicere Geographum Nubiensem, ut vulgo vocant, Abulfedam, aliosque: nimirum طورستان *Tocharorum regionem* proxime ad ortum sive eurum fere adjacere Balcho seu Balchianæ. In Tocharorum finibus, ut hoc quoque addam, i^z dierum itinere à Balcho oppidum est cognomine ipsi provinciæ بندخشان *Badachxân*, quæ & بلخشان *Balachxân* dicitur. Hæc tota montosa est, ad Indiae terminos pertingens, partim Comedorum nomine celebrata Ptolemæo; in qua fontes suos primosque exortus habent Oxus & Jaxartes. Ibi copiose nascitur eruiturque hyacinthi sive rubini genus, quod gemmariis hodie Balausium vocatur, non alia appellationis origine, quam ab Ispis venis, hisce nempe Balachxiis montibus, petita; uti & Arabes بلخشی *Balachxium* dixerunt, à quibus illa vox primum accepta fuit. Neque sententiae isti, qua maxime mihi probabile videtur Balchum idem esse cum Bractro, hoc obstatre potest, quod Balchiana regio longe arctioribus terminis continetur quam Baetriana, quæ à Strabone aliisque ad ipsos Comedorum montes protenditur. Nam regionum limites pro temporum ac populorum mutatione haud minus quam ipsa nomina diversimode mutari constat. Etiam objecerit quis forte, Balchum ex Orientalium traditione modo dictū fuisse opus Loraspis, qui pater Hydaspis; cum tamen

camen sexcentis annis ante à Semiramide expugnata fuerint Bactra, Diodoro Siculo teste, libro 2. Sed licet utrumque esse verum statuamus, res tam facile componi potest atque servari consensus; si dicatur Loraspes collapsam aut dirutam instaurasse urbem & tanquam de novo struxisse, ac revera novam condidisse, quæ veteri nomine insignita fuerit: ita titi & alibi factum fuit.

بخارا *Buchāra* sive *Bochāra*.] Ma-wara-Inahræ seu Transoxianæ urbs antiqua & celeberrima, Balcho & Samarcanda pro Climatis serie occidentalior, & Samarcanda etiam paulum australior. Saïd Ibn Ali Georgianensis in sua *Climatum descriptione*, quam Persice dedit, longitudinem illi tribuit, ab Insulis Fortunatis nempe, ۹۶,۵۰', Scriptores alii etiam minorem: latitudinem vero ۳۹,۵۰'; nullus, quod sciam, non ultra ۳۹ gradus. Quare ab Abulfeda & aliis Bochara & Samarcanda subjiciuntur Climati quinto. De primariis Transoxianæ urbis hæc, de qua agimus, una est, vix ulli cedens alteri; sive elegantiam structuræ, sive incolarum frequentiam, sive ubertatem soli, & amoenitatem doctorum spectare quis velit; aut etiam ingeniorum cultum & famam. Ex iis cognitus nobis medicus & philosophus Ibn Sina, vulgo Avicenna dictus; cuius plura numerantur opera quam vitæ totius anni, cum tamen eam varii interpellarint fortunæ casus. Illas ob causas peculiari nomine *الفاخرة* *Gloriosa* appellari meruit; à quo gentile *الفاخوري* est. Neque dissiderem à Viro docto & exacto, dumque viveret mihi amicissimo, Wilh. Schikardo, qui in Tarich suo, pag. 179. Bocharam cum regiis Bactris eandem facit, nisi hæc citra Oxum quærenda essent: uti Annotatione proxima diximus. Bochara vero ultra eundem sita est plus quam diurni itineris intervallo.

Eam circumjacent amoenissimi horti, arces, villæ, pagi-
ve: شاهزاده، vicos agrosve suburbanos xv. memorat Abul-
feda. quæ omnia continuo xii. parasangarum muro cin-
guntur: qualis & in Samarcanda & aliis Transoxianæ ut-
ribus forma visitur. contra Scythicarum gentium, quæ
prope habitant, incursionses eam esse usurpatam puto.
Sed partem eorum, quæ diximus, urbi magis propriam,
murus alius ambit, una in longum & latum parasanga,
intra quem & tertius est ipsius civitatis murus, bene mu-
nitus. Qui ab oriente sibi appositum habet castellum,
quale in illis tractibus قهندز Kohundiz vocari monui;
& suburbium, per quod fluvius labitur صغدر Sogdus no-
mine, hortos & agros rigans, multasque incolis præbens
commoditates. Sogdum vero cognominem provinciæ
Sogdianæ fluvium, una cum cæteris aquis, ex montosa
ac frigida Ferganæ parte, الپام Butum nominata, ix die-
rum itinere à Bochara, promanare tradunt. Is Samar-
candam præterlapsus, quæque hinc 37 parasangas abest
Bocharam, & diversimode ab accusis carptus, infra
eam, ad sextam fere parasangam, reliquias suas effundit
in locum سام خاس Sam-chas dictum, in finib[us] oppidi
بیکند Bikend prope aliud فریدر Ferebr, ubi ex Transo-
xiana in Chorasanam transiti solet. Utrinque à Sogdi
latere cultissimi horti extant, ultra eos fertilissima arva,
& ulterius virentia prata: quo toto tractu nihil in O-
riente amoenius spectari testantur Geographi; atque ex
quatuor Tempe, de quibus pag. 120 & 121 mentionem
fecimus, hæc ceteris præhabenda. Ut Balchum tempo-
re Osmanis Chalifæ expugnatum fuit; ita ejusdem filio
سعید Saîdo duce, imperante Muavia, cum Arabes tra-
jectissent Oxum, & profugassent quos Bocharæ regina,
خادون Chatûn dicta, vicinos Scythes ad auxilium con-
voca-

vocaverat, potiti sunt Bochâra: quod 55 anno Higræ factum esse refert Jacutus.

هرات *Herâ* (non *Hira*) sive *Herât*.] Persæ etiam هری *Heri* dicunt; de primariis Chorasane urbibus una, occidentalior Balcho australiorque, sub longit. nempe ab Ins. Fortunatis, 94, 20', & latit. 34, 30'. Testis est Abulfeda æquali xi dierum itinere distare & à Segistân, & à Nisabor, & à Chovarizma, locis tribus celeberrimis: quorum primus antea memoratus fuit, duo alii post exponendi venient. Plures etiam ille urbi Herât ditiones tribuit sive præfecturas: qualia sunt oppida شروع *Keroch*, مالین *Malîn*, خرجرد *Chargerd*, atque ei præsidens جوشنگ *Bouxengh*, Arabibus جوشخ *Bouxach* & فوشخ *Fouxach*. Quod quidem oppidum alluit fluvius, xvii inde ad aquilonem parafangis delapsus juxta metropolin Herât. Ab hac duabus parafangis mons abest, è quo molares aliquie lapides excidi solent; in ejusque jugo celebre est آتشخانه *Pyram*, fanum Magorum, سرسکی *Serski* vocatum. Urbem à quodam جهلوان *Athleta* (sic antiquos heroas suos Persæ vocant) دریمان *Neriman* dito, conditam esse, & ab Alexandrō instauratam ac velut de novo exstructam tradit Hamdalla Cazbinensis in Historia Naturali, quam Persice conscripsit Arabica inscriptione ذرفة القلوب *Oblectamentum animorum*. Prædicatur etiam validum ejus castellum, proprio شمیرم *Xemirem* nomine. Armis, artibus, opificiis, literis excellere incolæ solent; & Sunniticam profiteri sectam, à qua Persæ abhorrent. Tota vero provincia, alias Hamdallæ laudato supra autori dicta, fervidiore licet illustretur sole, saluberrima tamen & facili aëris temperie gaudet. Rei causam pandit vulgare hoc dictum: لوجه دراب اصفهان و شمال هراة و ماء خوارزم *Z 2* في

MANO ETI A VI

خوارزم في دعوة لا يقبل ان يموت الناس ابدا
*Vna si regione jungerentur terra Ispahanae, borealis Heratæ
 ventus, & aqua Chovarizmae; non contingeret homines, ejus
 incolas, unquam mori.* Minime autem dubitari potest,
 quin hæc veterum sit Aria, quam Bactrianae & succen-
 ti eam monti conterminam optime descripsit Strabo
 libr. xi. Utrinque ipsa convenientiæ provinciæ nominas
 & sicuti Ariam perfecat Arius amnis, sic & هریا شهريا
 nostram هریا هرون *Heri fluvius*, ipsi Provinciæ cognomi-
 nes: quam & à borea perflati, tanquam singulare quid,
 notat libr. xxii. Marcellinus. Ariam urbem ab Alexan-
 dria in Ariis constructa, ne quis fallatur, Ptolemaeus
 aperte distinguit. Nullam ornamenti & hominum fre-
 quentia illustriorem in tota Chorasana spectatam sibi
 fuisse scribit Jacutus, qui anno Higræ 614 hanc civita-
 tem perlustravit. Ita ut tunc optime in eam quadrare
 videretur Persicum hoc distichon:

دکتر کسی برشد قرا از شهرها خوشتر کدام
 در جواب از راهست خواهی گفتند کو هری،
 این جهادرا همچو دریا ملک خراسان صد فسق
 دز میسان آن صد ف شهر هری جون کو هری،

*Si quis te interroget quemam urbium pulcherrima,
 responsurus si verum dicere cupias, dicio: Aria.*

*Hnic mundo, velut mari, regnum Chorasana concha est,
 in medio ejus conche urbs Aria est unio.*

Elegantiam paranomaliæ specta in *Gou Heri* کو هری
 & *Geuheri*: quæ tres voces sonant; *dicio*, *Aria*
unio. Sed quadriennio post, anno 618, eandem ur-
 bem Tatari foedissime vastarunt. Tantum pristini deco-
 ris tamen sub Persarum regibus postea recuperavit illa,
 غیاث الدین Gajato-din, امیر خوارزمنی, vulgo *Mir-*
chon-

chondum dicimus. Qui Historiæ Orientalis opus suum,
x. voluminibus Persica lingua disertissime conscriptum;
appendice illa, cœu pietatis quodam in patriam symbolo
insignitum posteritati consecravit. Potentissimum nunc
ibi exercitum alete solet Persarum rex contra Uzbe-
kiorum irruptiones. Est quoque aliud hujus nominis op-
pidum in Perside, prope اصطخر Persopolim; sed quod
obscurum est & minus cognitum; nec etiam ad hoc
Clima pertinet. Ab utroque هراة fit nomen gentilitium
هروي Heravijon Ariensis vel Arius.

اصویة *Ommavia, lege Amouvia.] Hæsi aliquandiu, fa-*
teor, quid hoc loci esset, donec ex Abulfeda cognove-
rim urbi populosæ آمل Amol prope à mari Caspio sitæ,
quam Taberistanæ seu Mazendaranæ adscribit, cogno-
minem esse aliam; quæ adjacens Oxo discriminis ergo
etiam vocetur آمو Amou & ویده ویده Amovia. Nimi-
rum prioris urbis, quam in طبرستان provincia Ta-
beristān exhibit, descriptioni subjungit hæc verba:

وَآمَلْ أَيْضًا مَدِينَةٌ فِي غَرْبِي جَهَنَّمْ وَفِي سَمَاءِ بَحَارَامِ
 نَهْرِ جَهَنَّمْ كَوْنْ دُوْبَلْ وَدَعْصَمْ جَسِيَّهَا آمَوْ أَخْتَصَارَا
 وَدَصَافْ فَيَقَالْ آمَلْ زَمْ وَآمَلْ الشَّطْ وَآمَلْ حَمِيَّهُونْ وَكَلَهَا
 وَاحِدَةً. *Et Amol quoque urbs in occidentali parte annis*
Gieihoun sive Oxi, in eodem tractu cum Bochara, ab
fluvio Gieihoun uno circiter milliari distans. Quam
quidam eorum contracta voce Amou vocant: atque
etiam cum Adjecto dicitur Amol Zemmi, quod vicinum
ab oriente est oppidulum Chorosanæ, & Amol ad
Fluvium, nempe Amol ad Oxum. Et hæc quidem omnia
unum idemque sunt oppidum. Tum quoque in prima
Geographiæ suæ parte, ubi de Fluminibus agit, ex
Ibn Haukel tradit, Oxum, qui ex montibus Badachxân
originem capit, aliis fluviis rivisque auctum uno alveo

occasum inter & septentrionem procurrere per fines Balchi ; sive Bactri ; & hinc ad celebre Transoxianæ emporium Termid seu Tirmid , quod in orientali extat ripa:tum inflexo in occasum austrumque cursu, tendere ad oppidulum Zem seu Zemmum ; atque hinc repetito priori tractu fluere الى آمل الشط *ad Amol quæ ad Flu-*
وفى رسم المعرفة اسمها امودة *vii dicitur. Additq; Abulfeda*
Et in descriptione Orbis, hic libri Geographici titulus est,
quem saepissime allegat, nomen Amovia habet. Ac inde
porro idem amnis pergit ad خوارزم ChovariZmam ; de
qua dicendum erit in Climate quinto. Atque ita fit, ut
quemadmodum Arabibus Gieihoun seu Oxus ab urbe,
quam præterfluit, دهر بلخ Flumen Balchi dicitur; sic ab
Amou urbe, per cujus proxima labitur, Persis آب اموده
Aqua Amovie indigitari soleat: id Hamdalla docet, &
ipso usu comprobat Mirchondus, supra memorati Scri-
ptores. Et quoniam etiam prior illa urbs Amol quarto
subest Clmati, quod nunc explicamus; de ea notare ex
Abulfeda libet, eandem Taberistanæ seu Hycanix ur-
bem primariam haberi: قصبة inquit, quam vocem
Camusius per منيّة او معظّم المدن interpretatur; atque
ita vetustiores usurpant, quâvis recentiori ac vulgari usu
nunc minorem fere urbem & oppidulum designet. Hæc
vero tanta proventus copia intra se abundare dicitur,
ut obsidionis tempore sustentare se possit, inquit Ham-
dalla. Aët tamen pro ratione situs ferventior incom-
modum patit. A طهمورث Tahmorts, antiquissimæ & pri-
ma stirpis rege, conditam esse urbem Persæ scribunt. Ab
oppido شالوش Xalux, ad littus maris Caspii sito, novem
abest paralangis. Ei natalia sua debet clarus ille in O-
tienteHistoricus, ابو جعفر ابن حریر الطبری, Abu Giaphar
Attâberi, ab ipsa provincia Taberistân ita cognominatus,
cujus

cujus initio Historiae Sarac. mentio fit, quiue eadem testante diem obiit anno 310 Higstræ.

مرورون *Mervaruda*, seu *Mervavaroud*, & Arabico more مرو الرون cum Articulo.] Celebre Chorasanae oppidum, in longit. 97 grad. & latit. 37 $\frac{1}{2}$ situm, juxta præcipuos autores; & quidem in plano, ad fluvium satis magnum, uberi solo salubrique aëre fruens. Tribus inde ad occasum parasangis mons est, unâ arx nomine اهنه ad viam, quæ Balchum dicit. Vox autem Merw Arabice *silices igniarios* notat, & *albos* tantum, teste Jacuto: qui monet, ejusmodi tamen nullos reperi in toto isthoc tractu. Vernaculum hoe & proprium est nomen; رون, autem Persis (cum δ scribunt Arabes, quia ipsis peregrina vox est,) fluvium signat: ita ut proprium huic urbi nomen sit *Merva ad Fluvium*; quamvis generale nomen cœu proprium hic censi*re* videatur ab Abulfeda. Fluvii adjecto urbs hæc distinguitur ab alia Merwa, quæ parasangis quinque à priori abest septentrionem versus, absolute dicta مرو شاهجان, vel etiam cum epitheto مرو الشاهجان, vel Arabice, uti ante Merva Xahigian, composito ex duabus vocibus Persicis شاه جان, ac si regis animam dicas: quia regum esse delicium solebat; utpote alteri magnitudine structuræ, elegantia & ordine longe præcellens, quin vix alteri in Chorasana cedens. Exquisita etiam fructuum genera ferabant horti, circumiacentibus experita locis. Multum à montibus remota est & aprica. Duo fluvii, ماجان & مروي, uti Jacutus habet, at alterius Merwæ fluvio minores, proxime labuntur, magno agri totius & urbis commodo, quam plures eorum rivi ductibus diversis scendant. A prioris Merwæ, de qua hic Autor noster, nomine gentile fit مروري *Mervavaroudnon*, & Me-roudijon

roudijon; à posterioris voce مروي Mervarijon, & irregulariter مروزي Mervazijon, prout & alias in simili derivatione litera ; assumitur. Merwarenses utrinque multi doctrinæ fama clari extiterunt. In longitudinum & latitudinum tabula Persica , additur Mervvarudam vulgo مرغاب Margâb vocari, quod Persis amœnum aqua locum denotat; una parte مرجع cum مروي , altera آب significatur suo cum و مروي consentiente.

[مروي] *Mera* [seu *Mer.*] Tale Geographicum nomen nec auditum mihi unquam fuit, nec lectum. Occurrit quidem in Jacuto مراة Merâ sive Merât , sed quod nomen pagi est pertinentis ad مارب Marab sive Mariabam, Arabia felicis: de qua in hisce Notis pag. 86, cuiusque incolas profligatos scribit per سنبل العرم de quo pag. 86 & 87. Itaque planissima res est, pro مروي Mer hic legendum esse مروي Merva, unicula litera, reposita, quæ toties repetita ante, cum & eadem sequi deberet, in hac voce à libratio facile omissa fuit. Diximus autem pag. proxime præcedente , absoluto Merwa nomine intelligi illam, quæ etiam vocis Xahigian additamento insignitur , atque ibi descripta fuit. Eam , vel saltem arcem , regis طهمورت Tahmorts opus esse Persæ tradunt: quidam vero , id ipsum ab Giamâmi, filia Ardexîri fil. Issendiâri muro cinctum. De hisce regibus consulere licet, cui integrum Petrum Teixeiram, qui historiæ Persicæ summarium ex Mirchondo Hispanice in lucem emisit. Posterioribus temporibus rex سنجار ملکشاه اسلي و قي Sengiar Melicxâh Salzuides ex amplissimo multisque oppidis florenti, quo potiebatur, regno hanc præ ceteris Metyam pro sede regia de legit vitæ & morti: ubi & fornicato celoque opere magnifica illi constructa est sepultura. Noti veteribus, Græcis & Latinis, atque memorati in Margiana Marucæ, & Maruca urbs,

urbs, quam esse eandē cum Merva præter nominum affinitatem arguit ipsa locorum ratio. Præclaras in urbe hac tres bibliothecas publicas sibi visas & lustratas fuisse refert Jacutus; quarum una duodecim millia voluminum contineret.

Shirخس Sirchas, secundum plerosque Serchas seu Sarchas.] Chorasanæ quoque oppidum, in plano situm, inter dictam proxime Merwam & dicendam mox Nisabour; uti ex Ibn Haukel testatur Abulfeda Quinque dierum itinere ortum inter & meridiem ab Herât sive Aria abesse inquit Geographus Nubiensis; à نسا Nesa ad austrum 27 parasangis alii. Urbem esse magnam & vetustam, à conditore Serchas fil. Chodrèr, cui Persarum rex **كبكاووس** Caicavūs hanc donaverat regionem, id nominis accepisse tradunt. Tum etiam salubrem illi aërem esse; solum natura quidem fœcundum, sed vix ullam adesse fluentis aquæ copiam: nam aliquo tantum anni tempore reliquias quasdam Arii amnis, de quo supra, affundi; aliam, qua porro opus sit, a quam à pluvia esse vel ex puteis peti, tam extra quam intra urbem. Ideoque circumiacentem agrum cum primis constare pascuis camelorum, in quibus incolæ magnum opum suatum partem positam habent. Ex iis quidam eruditione clari, quorum nomina & scripta recenset Jacutus.

طوس Thusa, proprie Thûs seu Thôûs.] Urbs Chorasanæ in clita, quæ tamen ad satrapiam urbis Nisabour sequentis refertur: quippe quo ab urbe Thûs regni Chorasanici sedes translata fuit. A Nisabour parasangis duodecim distat; juxta alios itinere trium dierum: sub longit. 92 grad. latit. 37, communi fere omnium Astronomorum & Geographorum consensu. Hæc vero urbs gemina est; major طاپران Thaberân, minor دوقا Noukân dici-

dicitur. Et quia utraque videtur esse bifida; factum fuit, ut Thusam ex quatuor oppidis constare nonnulli scripsierint. Gentilitium cujusque nomen *طُوشِي* *Thusius* sive *Thusanus* est: quamvis à majori solo oppido etiam peculiare *طَبَرَادِي* *Thaberanijon* fiat. Quod alioquin recentiores fere usurpant pro gentili à *طَبَرِيَّة* *Tiberias* Galileæ. Altos validosque Thusa muros habet, ædificia magnifica, & templum operosum, quod cum annexis & area integrum complecti milliare tradidit Jacutus. Ille & ingenti celsitudine & soliditate arcem describit, quæ media fere inter Thusam & Nisabour via extans, porticus, cubicula, horrea, aliasque structuras contineat prorsus admirandas. Et Thusenium opinione conditam esse ait ab *همبری* *Himjaræo* quadam sive Omerita Arabiæ felicis rege, qui peculiari nomine *قبابعه* appellati sunt, tunc cum per illas Orientis partes feliciter bellum gessisset. Cum nobilitata sit Thusa multorum civium suorum ingenio atque doctrina, inter quos quidem nobis cogniti duo sunt, Algazális & Nasiroddinus, editis quadam apud nos parte scriptis suis: tum etiam sepulturis gloriatur duorum principum; nempe Chaliphæ, Abbasidarum quinti, Haronis Raxidi, fil. Mahdis, de quo Hist. Sarac. lib. 2. cap. 6. & Antistitis sive Imam Alis, fil. Mousæ, fil. Giafar, de quo lib. ejusdem cap. 8. Ibn Haukel & alii afferunt, hæc monumenta existere revera extra urbem. Erat ille Alis, fil. Mousæ ex duodecim unus, quos hodie Persæ summos venerantur Antistites, ut vocant; ex Ali, Muhammedis genero & patrueli, quiq; propterea à magna Muhammedanorum parte pro legitimo habitus fuerit Muhammedis successore, continuata ferme serie prognatos. Hujus rei causa Abbasidæ Imperatores Alis nepotibus infesti erant: atamen

tamen Almamon , Haronis Raxidi filius , erga eos benevolentiam præ se ferens , eundem Alim Mousæ fil. Medina evocatum inauguravit imperii consortem , cognomento الرضي Arradium , quasi Gratiōsum & placentem : Riza enunciant Persæ. Quem tamen postea in urbe Thūs clandestino veneno iustulisse creditur , & prope à sepulchro patris sui sepeliri jussit ; ut allegato postremum loco videre licet. Id quidem in pago سناباد Senabād vocato , qui uno ab urbe milliari distat , factum fuit. Quem locum postea سوری بن المعتز Sauris fil. Almotezzi , qui Regis محمود الغزوي Mahmoud Gaznavi tempore urbis Niſabouri atque vicinæ Thusæ præfecturam gerebat , eximia multiplicique strūctura exornavit. Ex quo autem , hodie imperantes Persarum reges dominari cœperunt , quod sub Xah Ismaël contigit circa annum Higræ 893 , tanta amplitudinis & splendoris accessio facta fuit , ut idem ille locus cum urbe Thusa coalescens caput extulerit inter omnes Chorasanæ urbēs , evaseritque metropolis totius regni : & obliterate velut antiquo & Pagi & Urbis nomine ، مکشید Mexhed (hoc est Magrūdov , prout hæc vox locum quoque denotat & مقدسه شہر) Martyrium sanctum absolute appellata fuit. Namque reges illi à supra memorati Arradii sive Rizæ patre كاظح موسى Monsa Cažim , Antistite septimo , genus tibi vendicantes , eundem locum pro familiæ suæ & religionis sacrario habent ; atque ab omnibus veneratione quadam coli ad augendam imperii majestatem facere arbitrantur. Ideoque etiam secundum ab hac Urbe dignitatis & excellentiæ gradum in Chorasana obtinet Aria , quæ illi contra infestam Scytharum sive Tartarorum gentem Uzbekios præsidio esse & munimento debeat : ita uti

supra quoque , cum de Aria verba faceremus, diximus. Ceterum, ut Thusæ regionem quoque olim bene cultam fuisse & populosam constet, pagos vicosque circiter mille attribuit illi Jacutus, qui ante annos 400 scripsit: at ubi sequentis etiam Neisabouri agrum simul ab ipso comprehensum esse quis forte opinetur.

نیسابور Nisabor, vel juxta alios *Neisabour*.] Persæ fere per دشاور scribunt: recentiores quidam نشavor dixerunt. Inter illustres celebrata Chorasanæ urbes, sita est in planicie , tribus stationibus ab urbe Thus , 30 minutis magis ad occasum , 41 minutis magis ad austrum vergens ; prout Nasiro-ddinus Thusanus , aliquie istorum tractuum Astronomi testantur. A Sapore fil. Ardexir Babecân , Persarum rege, conditam memorat Jacutus; cum placuissest ipsi locus, quem meræ arundines occuparent. Inde & Nei Sapor , id est *Arundinetum Saporis* appellata fuit. Etiam alias Saporis nomine insignes urbes cognoscere licet ex Notis pag. 115. Attamen Hamdalla longe eam antiquiorem facit, à primis structam regibus ; quæ cum collapsa esset, à Sapore illo tantum restaurata fuerit. In quadras, qua latrunculorum alveus forma spectatur, divisam esse, & xv M. cibitorum muro circumdatam addit idem Author. Ab alio Sapore cognomento ، نو الاکتاف (de eo consule eruditissimas notas V. Cl. Eduardi Pocockii in Specimen Historiæ Arabum, pag. 68.) qui validum adjecerat castellum, Chorasanæ totius regia constituta fuit. Neque id sine causa factum , quoniam omni proventus & commodi genere per se abundans , à confluentí undique mercatorum atque peregrinantium multitudine frequentaretur ; velut دهلهیز المشرق , ut inquit Jacutus , *Vestibulum Orientis*.

Alias

Alias tamen Balcho & Mervæ ab aliis regibus idem homines habitus fuit. In Muhammetici imperii potestatem venit anno Higræ 31, Chalifatum tenente Osman Ibn Affan, duce عبد الله بن عامر, qui ibidem Tempulum exstruxit. Anno ejusdem Epochæ 548 cum الغر Gorrite, Turcarum sive Scythurum genus, trajecto Oxo ad bellum provocassent Orientis regem سجره معرزالدین بن ملکشاه Séngiarum fil. Melicxah, atque captivum abduxissent, Chorasanam populantes hanc quoque urbem direptis opibus necatisque civibus vastarunt. In libertatem vindicato sive reducto rege, priori etiam illa decori restituta fuit. Sed anno 605 terræ motu percussa & magnam partem collapsa, atque reædificata, 13 annis post majus quam ante excidium passa fuit à remotioribus Orientis Scythis, qui Tartari dicebantur, duce imperatore suo تجنجیز خان Tgingiz Chân in reliquum effusis Orientem. Eam nihilominus postea prioris formæ suæ imaginem recuperavit, ut ام خراسان mater sive metropolis Chorasanæ appellari meruerit. Per subterraneos ductus tubulosque ex montibus vicinis derivata in urbem aqua fontes, lacusque & castella implet, atque privatorum ædibus infert. Mons alter duabus ab ortu parasangis sublimis extat, alter longius abest ad septentrionem: rapidum inde fluentum exit; amplius hinc fons promanat lacus forma, circa quem ædificia habitantur multa, plurima coluntur arva laudatissima. In iisdem montibus venæ sunt lapidis قپروزج dici, nempe Boreæ sive Turkini. Ibidem & planta celeberima, at Europæis desiderata quidem & incognita, Ribesia lætius nascitur, quam in Libano monte, aut alio quocunq; loco. Utique genus utrumque, tum gemmæ illius, tum plantæ, دیسابوری Neisaboricum ceteris longe præfertur omnibus.

جرجان

جرجان *Georgiana*, vel *Giurgiana*.] Cognominis provinciæ & separatæ oppidum primarium, vel, ut Hamdalla inquit, ex vii. Mazenderanæ دهستان Nomis sive ditionibus unius, quæ Giurgiana dicitur, regia sedes. Alii ad Taberistanam, quidam ad Chovarizmiam referunt, nonnulli ad Chorasianam. Itaque omnibus collimitaneam, & ab iisdem distinctam cum Abulfeda statuunt Geographi complures. Est autem montosa regio, at commodas quoque planicies complexa: adeo quidem ut generis utriusque, & quod umbrosa & quod aprica terra, aut subfrigido & calidiori cœlo gaudeat, fructus copiose ferat: فواكه الصرد والجروم item Arabibus illi vocantur. Præstans quoque sericum, acceptæ tintæ tenacissimum abunde largitur, & ad alias regiones mittit; sicut & ipsa bombycum suorum ova. Giurgianæ ad ortum adjacet desertum, quod usq; Chovarizmiam excurrit: atque ab orientali hac sua extremitate littus Hyrcani maris, cui propinqua est Giurgiana, inflectitur ad septentrionem. Quare uti ab aliis vicinis locis mare hoc nomina quoque habet alia, ita & hinc مار جرجان Mare Giurgianum dicitur. Urbs vero ipsa, quam à rego Melicxâh structam esse, & vii mille cubitorum muro circumdatam refert Hamdalla, à Saïd Ibn Alis, Giurgianensi, subjicitur long. 90, 10', & latit. 38 grad. minutis aliquot orientalior & septentrionalior ipso mari portu بستانوں Abuscoun dicto. Inde ab Iraca (id est Assyria aut Parthia) nullam occurrere urbem ait Jacutus, quæ Giurgianam elegantia, aut, si amplitudo spectetur, hominum frequentia supereret. Indigenæ etiam ipsi ob fortitudinem, plurimi quoq; ob eruditionem à Scriptoribus laudantur; quorum memoriā celebravit حمزة بن جوشف الشهبي in suo Giurgianæ Chronico. Est quoq; ibi سرگار Sacer tumulus ut

ut ajunt, sexti ex Alina familia, de qua supra p. 168 & 167, Antistitis, nempe **الامام جعفر الصادق**, Imām Giāfar Ḥaffādīc, fil. Muhammedis, fil. Zeino-l-abidīn: qui locus multa religione coli solet. Quapropter & plerique incolæ شیعه Xeiiitæ sunt, id est *Señatores Alis*, illi unice addicti & devoti. Porro gemina est urbs ipsa, duabus partibus constans; quarum una communī nomine **منيذة Civitas** appellatur, altera nomine proprio **بدر ابان Becrabād**. Dividit ambas rigatque cognominis etiam fluvius Giurgianus, uti Hamdallæ dicitur: ab extremis Mazenderanæ montibus origine sumpta per valles & campos ad hanc urbem pertingit, & non longe post in mare se effundit. Sarneum esse Strabonis, qui solitudinem ab Hyrcania dividit, qua iter est ad ortum Solis & Ochum, uti libr. xi prodidit, mihi quidem non improbabile videtur. Neque hoc etiam duas urbes Margianæ Baetrianam ab occasu terminantis, Gurianam & Nissæam, sive Nesæam, ut Strabo habet; quas Ptolemaeus lib. 6. cap. 10. describit, easdem esse cum دسا نesa, urbe Chorasanæ solitudini proxima, & quæ hinc in occasum vergit nostra Giurgiana. Validum in eadem provincia murum duxisse legitur فیروز شاهزادی rex Persarum Feiruz sive Firuz Safanides, contra اهل قوران gentes Transoxianas, nempe Scythas. Non tamen evadere illa aut urbs ipsa potuit Scythicæ illius Tataricæ tempestatem vastationis; quæ circa annum Higfræ 620 Asiacum cumbens, tali eandem ruina oppressit, ut postea vix ad aliquam resurrexerit prioris fortunæ sortem.

قومیس Comus, potius Comes vel Comis.] Persæ dicunt, provincia in Taberistanæ montiumve ejus lacinia, ut Jacutus loquitur; simulque juxta Abulfedam media inter Chorasanam & **الجبل Regionem montanam** id

id est Parthiam, utpote monte Tauro ex parte cinctam. Parthiae vero, que à Media ad Ariam protenditur, pars una est, inquit Ptolemæus lib. 6. c. 5, Comis sine (Comisene Straboni, aliisque rectius Comisene,) pars altera vero Choroane. Quibus quidem vocibus hanc nostram Comis & Chorasanam, ejusve primam saltem portionem, designari circumstantiae ostendunt. Continetur autem regio Comis sive Comisene, Abulfeda teste, inter duo extrema oppida, quorum unum ab occasu Solis extat, سمنان Simnân vocatum; alterum, quod eo majus est, ab ortu Solis, nomine بستان Bestâm, sive secundum alios Beštâm. In medio maxima, & velut metropolis sita est دامغان Damegân: quam longitudini $89,30'$, & latitudini $36,30'$, subjicit Saïd Ibn Alis Giurgianensis; & à modo explicata Giurgiana quinque stationum intervallo removent Ibn Haukel & Geographus Nubiensis. Eadem urbe Damegân australior triente gradus ponitur Simnân, occidentalior semisse: & tam prope ad ditionem ری Rey accedit, ut sub eadem censeatur à multis. E contrario Bestâm perhibetur septentrionalior quam Damegân 20 minutis, & 5 orientalior, atque ab ea budi itinere abesse, proxima à limine Chorasana. Quod ad metropolin Damegân attinet, eam quidem in planicie sitam circumstant montes, atque ex illis manantes aquæ rigant: licet ex quorundam fide ipsam urbem paucæ. Ex monte uno rivos fere æquales plus minus centum in totidem agros emitti scribit Jacutus, quam الماء الکسری Aquam Chosroicam vocant. Alibi diversa salsis, chalcanthi, & sulphuris genera nascuntur: quin etiam aurum. Illic & pagum esse inquit، قرية الحمالين جان dictum; prope quem rubicundæ aquæ & sanguini simillimæ fons est, quæ argentum vivum

vum in duram brevi tempore petram convertat. Nec mirum, bene aquatam hanc Comisenæ provinciam fœcundis abundare arvis & fructiferis hortis: quorum in primis mala, tum ab ipsa Comisene, tum à Damegân & Bestân denominata, &, velut singulare quid, in Parthiam deportari solita, Geographis memorantur.

[طبرستان Taberistâna.] Montosa regio, & mera fere sylva, aquis ex editiore parte per planiorem effusis irrigua. Ab urbe Parthiaæ Cazbîn in Orientem, at declinando ad Septentrimonem exportrigitur: ab Occidente conterminam sibi habens planam **گیلان Gilan** ditio-nem, & montosum **دیلم Deilemi** tractum, ab Oriente Co-mis sive Comisenam; in cujus limitibus oppidum est Taberistanæ fere cognomine **طبران Tôberân**; ita uti testis est Jacutus. Est etiam, quo ex Taberistân in Gurgiân unica dicit via, extremum ab ortu Solis oppidum **طهیس Thamîs**, sive **شامیه Thamîsa**: cui in occiduo provinciæ limite maritimum oppidû Xaloux, (seu juxta Abulfedam Salous) opponitur; cujus pag. 182 facta est mentio. Intervallum inter utrumque terminum Abulfeda definit pa-rasangis **xI**. Taberistanæ respondet veterum Hyrcania, montibus quoque ac sylvis constans. Et sicuti Hyrcaniæ nomine totam à Media usq; ad Oxi ostia plagam signant Ptolemæus & Strabo: ita etiam Taberistanæ notio sæpe Comisenam quoque & Gurgianam comprehendit. Dicta autem Taberistana Persis, quod Arabibus sonaret **داحبة الفاس**, ait Abulfeda, *Regio bipennaria*: nam **طبر** illis bipennis est, qua arbores cæduntur, & **اسدان** **Istân** locus, regio: sive quod transituræ per eam turbæ bipennibus opus sit ad pandendam viam; sive quod instrumenti genus hoc incolæ fere omnes, divites æque ac pauperes, inquit Jacutus, etiam pro armis gestare, soleant.

soleant. Est tamen Taberistanæ pars quædam interior,
 infra montes in planum exorrecta usque mare: quod
 etiam à tota hac provincia Arabibus Taberstanicum,
 uti Græcis & Romanis Hyrcanum ab Hyrcania appellatum
 fuit. In planicie quidem præter duo dicta modo
 extrema oppida, Xalous & Thamîxa, occurunt ab Oc-
 casu procedenti in Ortum hæc fere antiquiora alia: in
 extremitate quoque داول *Natil* sive ناتل *Nâtila*, 5 à
 Xalous parasangis, & 4 ab آمل *Amol* Taberistanæ hu-
 jus planæ metropoli distans. Amol autem in longit. 87,
 26, & latit 36, 15, locant melioris notæ Geographi, eique
 proximum magnitudine oppidum ساری *Sari* sive *Saru*,
 vel ساری *Saria*, plus semisse gradus australius, minus se-
 misse gradus orientalis, quam Amol; nonnunquam
 pro regia sede habitum. Utriusque ad mare navale est
 عین الهم *Ain Alhummi*, sive simpliciter الهم *Alhummo*,
 prope quod fluvius Amol exitum capit. Oppidum & aliud
 est, non minus Saria, eidem vero metropoli Amol vici-
 nius منظیر *Menthîr* vel مناطب *Menathîr*. Deniq; Giurgia-
 næ confine est اسْتَرَابَاد *Istirabâd*, sive, uti nunc fere effe-
 runt, *Esterabâd*. Altera Taberistanæ pars, quæ montosam
 diximus, ad Occasum incipit à montibus arduis شروین *Xervîn*, aliisque شریز *Xirriz* nomine, ambobus regioni
 Deilem & Gilân conterminis. Urbes montanæ antiqui
 nominis sunt کلار *Kelâr*, quæ bidui itinere à ری *Rey*, tri-
 dui ab Amol remota, quæque huic parvâ subjacet
 شعین اجان *Saidabâd*, ceu *Saidopolis*. deinde succedit mon-
 tani tractus maxima & metropolis رویان *Rouyan*, qua-
 lis Taberistaæ inferioris erat Amol, 12 à Gilan parasan-
 gis dissipata: & post hanc Chorasanæ appropinquans urbs
 تمار *Timâr*. Denique Taberistanam eandem ab Ortu
 terminat دهستان *Dihîstan*, quasi pagorum ditio. Quando
 vero

vero Taberistanæ nomen, simpliciter usurpatum, designat urbem, non alia intelligenda fuerit, quam dicta sanguis Amol: quod ex Geogr. Nub. Clim. 4. parte 7, perspicue patet. Contra, ut eadem Amol à cognomini alia secernatur, quæ ad Oxum locata, sæpe illi adjicitur nomen Taberistanæ. Plura de Amol habes pag. 181, & 182; quæ si lubet, Lector benigne, vide. Notandum porro, quod Jacutus diserte asserit, Taberistan alio etiam nomine مازندران *Mazenderân* dici, nec ullam esse differentiam, nisi quod posterius indigenæ vicinisque gentibus familiare sit & vulgo usurpetur: alioquin nullibi in libris sibi lectum esse. Geographus Nubiensis, sive, qui totius egregii Operis auctor est, الشريف الأدريسي ex illustri Idrisitarum familia natus Afer, Jacuto vetustior, nuspiam, quod norim, nomen Mazenderân expressit. Abulfeda, posterior Jacuto, ubi de Amol, Saria, Isterabâd agit, quamlibet earum à quibusdam referri ait ad Taberistân, ab aliis ad Mazenderân: sic etiam Abisgoun juxta hosce ad Giurgianam pertinere, secundum illos ad Mazenderan; cum antiquiores omnes accenseant Taberistanæ. Ita ut plana hujus ante exposita regio, quæ inde ab Amol in Ortum protenditur, eo Mazenderân nomine, si quid peculiare denotet, insigniri videatur. E contrario recentiores, præsertim Persæ, nomine Taberistân vix unquam, & solo ferme Mazenderân utuntur, ad signandam, ut videtur, eandem Taberistanæ veteris planiorem partem; alteram, quæ montosa, communis montium nomine كهستان *Kuhistân* appellant, & per suas ditiones distinguunt. Universum vero tractum illum cum Gilanæo, qui sequitur, montibus & mari simul interjectum, nomine هزار المپ *Hazar-mep* nunc indigent Persæ. Montis Taberistanici terminos Abulfeda

figit, orientalem quidem in longit. 88, latit. 35. occidentalem vero in longit. 76, latit. 36. Gentile autem à
 طبرستان nomen est *Taberita*. Fluvii in tota re-
 gione duo fere tantum celebres existunt, at navium im-
 patientes. Quorum unus juxta urbem Amol decur-
 rens, etiam ab ea nomen habet; alter vero per extre-
 mos ad Occasum fines labitur, اصغرون *Ifferond* vocatus,
 in Mirehondi Epitome روپ نيلام *Fluvius Deilemitarum*
 Persice. Magna per Taberistān serici copia colligitur;
 magnus & orizæ proventus, quo se incolæ fere susten-
 tant: domos ex arundine & ligno, quibus abundant,
 construere solebant, teste Jacuto. Et sicuti olim cum
 Taberistanæ ditionibus complures præsenter, suo quis-
 que jure, reges regulive, vel Amol vel Saru præcipua
 regia fuit; ita iis subjugatis ævo nostro Xah Abbâs, Per-
 farum rex, (nunc imperantis Abbas secundi proavus) in
 maris Caspii littore, ad eandem Fluvii orientalem ripam,
 ad quam & duæ supra dictæ regiæ extant, arcem cum
 vico طاهان *Thahân*, sive, ut Persæ esserunt, *Thahôn*, aëris
 sibi gratioris causa pro delicii in illo regno sede regia de-
 legit, & ædium millibus palatiisque ornatam فرح آبادا
Ferhabâd, i. e. Latitie seu hilaritatis locum nuncupavit: at
 ubi non semel, quos charos habuerat, regni vel aulæ
 ministros, necari jussit necatosque doluit. Etiam trium
 quasi inde dierum itinere Austrum versus, simile aliud
 اشرف *Eshref*, quasi maxime nobile & Xerifum, no-
 mine oppidum in montis latere exstruxit: ubi, post-
 quam 53 annos Persis imperasset, anno Christi 1629 ex-
 tremum clausit vitæ diem. Et paulo minori ab eadem
 Ferhabâd intervallo, Eurum fere inter & Vulturnum,
 ex minoribus oppidis situm est فیروزه کوه *Firuzon*, à
 Boreo lapidis, quem Turcoidem vulgo dicimus mon-
 te,

te, quod ibi ejusdem gemmæ fodina sit, appellatum.
at genus præstantius est Nilaboricum, de quo pag. 189.
دیناوند Dunbavend, item
Dubavend, Debavend, & Dumavend:
tot enim modis scribitur vox & enunciatur ab auctori-
bus. Regio montosa est inter Taberistân & Rey; do-
qua postea: quanquam Geographorum multi ad ipsam
Rey pertinere velint. Unius enim diei tantum itinere ab
ipsa urbe Rey dissidet. Vicos populosos, hortosque mul-
tos & fontes comprehendit: atque in medio excellsum
montem, quem cæteris tantum præminere scribunt,
quantum illi supra planiciem se extollunt. De eo ex-
مسعر بن مهران Poëta, qui quæ ipse viderit descripsit;
hæc prodidit Jacutus:

وَبِالْبَلْوَانِدِ جَبَلُ عَالٌ مَشْرُفٌ شَاهِقٌ شَامِخٌ وَيُعْرَفُ بِجَبَلِ
الْبَبِيُورَاسِفِ لَا يَفْارِقُ اعْلَاهُ الثَّلْجُ شَتَاءً وَلَا صَبَّافًا لَا يَقْدِرُ
أَحَدٌ مِنَ النَّاسِ يَعْلَمُ ذِرْوَتَهُ وَلَا يَقْرَبُهَا وَصَعْدَتِ
فِي الْجَبَلِ حَتَّى وَصَلَّتِ اَدَالِيَّ نَصْفَهُ بِمُشْقَةٍ شَدِيدَةٍ وَمُخَاطَرَةٍ
بِالنَّفْسِ وَمَا اظَانَ أَنَّ أَحَدًا تَجَاوِرُ الْمَوْضِعَ الَّذِي
يَلْغَى إِلَيْهِ يَرَاهُ النَّاسُ مِنْ مَرْجِ الْفَلْعَةِ وَالنَّاظِرِ إِلَيْهِ مِنْ
الْأَرْبَيْلِ يَظْنَ أَنَّهُ مَشْرُفٌ عَلَيْهِ وَأَنَّ الْمَسَافَةَ بَيْنَهُمَا تَلَانَةٌ
فَرَاسِخٌ وَزَعْمُ الْعَامَةِ أَنَّ سَلَيْمَانَ بْنَ دَلَوْدَ حَبِّسَ فِيْهِ مَارِداً
مِنْ مَرْدَةِ الشَّيَاطِينِ يَقَالُ لَهُ صَخْرُ الْمَارِدِ وَزَعْمُ
آخَرُونَ أَنَّ افْرِيدُونَ الْمَلِكَ حَبِّسَ فِيْهِ الْبَبِيُورَاسِفَ وَأَنَّ دَخَائِلَ
كَخْرَجَ مِنْ كَهْفٍ فِي الْجَبَلِ يَقُولُ الْعَامَةُ أَنَّهُ لَفْسَهُ وَكَذَلِكَ
أَيْضًا يَرُونَ ثَارِاً فِي ذَلِكَ الْكَهْفِ يَقُولُونَ أَنَّهَا عَبْنَاهُ
وَأَنَّ هَمْوَهَةَ تَسْمَعُ مِنْ ذَلِكَ الْكَهْفِ وَأَنَّهَا تَرْفَعُ
ذَلِكَ وَتَصْدِقُ وَقَامَلَتِ الْحَالَ فَرَأَيْتَ عَبْنَا كَبِيرَتَيْهِ
وَحَوْلَهَا كَبِيرَتَ مُسْتَحْجَرَ وَإِذَا طَلَعَتْ عَلَيْهِ الشَّمْسُ
وَالْمَهْبَتُ

والقہبہ ظهرت فيه نثار والی مجری قمر تحت الجبل بحرفة ریاح مختلفة فتحدت بها اصوات مضادة يظهر لاصغری البهاء انه لغة انس وذلك الدخان الذي يزعون انه نفسه بخار تلك العین الکبریتية ووجدت في بعض شعاب هذا الجبل نثار بناء قديم ودولها مشاهد تدل على انها مصادف بعض الاكاسرة وبالغرب من هذا الجبل معدن الكحل الرازي والمرنك والاسرب والزاج

Dubavend sublimis atque eminens quam maxime mons est, qui & Bojurasphi mons dicitur, ob causam mox dicendum: hic Bujorasph alias ضحاک Dohâc sive Zohâc vocatur; cuius historia apud Teixeiram extat l. i. c. II. Superiorem ejus partem non deserunt nives hyeme nec estate: quod si quando contigerit aliqua parte, in eodem regionis tractu semper ærumnos si quid secutum fuisse, ex accoliarum fide proditum. Verticem concendere vel accedere hand quisquam potest. Adscendendo perveni ego ad medium ejus vehementer cum labore & periculo vite. neque ulterius quempiam esse progressum puto: sunt tamen, quite stantur, Jacuto referente, se longè altius enixos esse. Montem hunc conspiciunt homines ex Mergi-lcala, hoc est Prato Arcis, qui locus una dntaxat statione abest ab extremo ad Boream Assyriæ limite, urbe Hulvân, post describenda. Ex 50. parasangarum spatio cerni montem narrat Ibn Haukel. At qui ad illum ex Rey, memorando post loco, prospectat, existimat sibi eundem desuper imminere, cum tamen intercedant tres parasange. Et qui proxime ad jugum ascenderunt, vicinos montes ajunt sibi visos fuisse collum instar, & mare Caspium, quod 20. quasi parasangis inde distat, fluvii lacusve exigui forma. Opinatur vulgus Salomonem, Davidis filium, in monte hoc vinctum detinuisse

nuisse contumacissimum diabolorum, Sachra Elmarid dictum, qui Talmudicis est אַשְׁמָדָא Ashmedai: alii vero à Pheridūn, Metasthenis Pyrithidone, qui septimus imperavit Persis, incarceratum hic fuisse, sive catenis constictum, & suspensum tortumque Bujoraphum, nempe Dohāc, Persarum tyrannum. Quam historiam, quod Dohāc quidem ingenii perspicacia, & naturalium rerum cognitione, Pheridūn justitia & benignitate excellens celebratur Persis, referre videtur Græcorum fabula de Prometheo, quem ad torturam in Caucaso monte Jupiter compedibus revinxit. Vide Strabonem l. xv. Fumum è montis ejusdem specu quodam exeuntem idem Persatum vulgus ait esse halitum spiritumve Doláki, & oculos ejus quē ibi conspicantur ignem; atque gravem illius ex hoc loco audiri murmurationem. Atque id pro confesso & vero habetur: nam etiamnum vivere plebs stulta credit. Sed ad rem ipsam adhibita attentione vidi sulphureum quendam fontem, & circum eum petræ simile sulphur, ubi orto supra eum & accenso Sole, appareret ignis: veram esse ardoris sulphuris flammatum ex aliorum testimonio tradit Jacutus; & foveas ejusmodi sive crateres, fumum exhalantes, in hoc monte complures esse. Sub monte autem ad canalem quendam per latus ejus (aut si legatur אַתְּ propter incendium ejus) transeunt differentes venti; unde contrarii oriuntur soni, qui videantur auscultanti referre vocem humanam. Ad hæc fumus ille, quem Doháki fœtidum esse halitum putant, nihil aliud existere quam montis sulphureas exhalationes. Ita & ex Ali Ibn Zein Taberita refert Jacutus, lutei coloris rivum quendam, qui subter monte fluit, à Persarum vulgo putari Bujoraphi urinam esse. Etiam in montis ejusdem tractibus vestigia reperi antique struc्�turæ, & circa eum monumenta quædam, quæ demon-
strant

strant illa esse opera Persicorum regum. Ubi Balmen, fil. Isphendiār, de quo Teixeira lib. i, cap. xviii, frequenter vixisse ex Persarum scriptis tradit Hamdalla. Prope ipsum hunc montem fodina extat fibii Reyani, sc. præstantis generis, à Rey denominati, ad quam eundem referri montem diximus, nec non lithargyri, plumbi, & chalcanthi. Apud scriptores alios etiam thermæ memorantur. Adficere de nive quædam ex Hamdalla lubet, qui de Dunawend sive Dimawend monte agens, inter cætera ita inquit: ودر دنچا درف جه روز مای بر هج دشیند داکاه
می کسلد و مردم را در زیر می کپر و هلاک میکند
عوام در آن حیای ذیامد کفت ولاجهمن فرون اید و غرض
ازین معنی ادکه بسخن مشغول دباید شد درون بباید
کذشان, Et in hoc loco (de superiori montis clivo agit) nix temporis tractu congesta subito lubrica delabitur, & homines inferne prehensoris obrutosque interimit. Populus in eum locum non venit, inquiens: utique Bahmen descendit. Cujus dicti sententia hac est, non oportere hic sermone occupari quemquam, sed propere esse transeundum. Hisce similia prorsus (Sabaudi Eualanches, Itali Lavine vocant) in Alpibus & alibi contingere, quo tempore nives fundi ac lubricari incipiunt montium clivi, norunt omnes, qui ea adierunt loca. Utique mons hic Dunawend, & excelsus alter Armeniæ Masis sive Ararat, Tauri, ob vastitatem & amplitudinem ita dicti montosi tractus, duo quasi cornua censi possunt.

قزوین [Cazvyn] sive Cazbin, ut alii scribunt pronunciantque, Caspio consonum nomen, هو بلاد من بلاد الجبل ذغر الدبلم collimitaneum præsidium montis sive montosæ regionis Deilem, ait Camusii auctor & Abulfeda. Scilicet in plano situm est & arenoso solo, dimidii quasi diei itinere

nere prima acclivitate, qua boream versus pergitur ad illos montes, Tauri propaginem, seu Caucasi cum eo juncti; qui inde à Mengril i.e. Colchide, Gurgistān i.e. Iberia, & Media, per borealem Parthiæ & Chorasanæ tractum, ad Indiam, Imaum montem, & extremum protenditur Orientem. Urbis hujus Cazbin longitudinem inde ab Insulis fortunatis esse graduum 85. statuunt Geographi & Astronomi plerique omnes, uti & latitudinem grad. 37. quam tamen diligens harum rerum scriptor Adamus Olearius, cum uno aut altero ex Orientalibus mihi cognitis, dodrante minuit, propria nixus experientia & observatione. Cæterum quæ fuerint ejusdem initia & incrementa, cognoscere operæ pretium erit, & num quid inde argumenti peti queat adstruendæ quorundam sententiarum, qui volunt Cazbin esse memoratam Veteribus Arsaciam, ita Parthis dictam (Græcis Rageia vocabatur, juxta Strab. lib. xi.) ab Arsace, sive Scytha, sive Bactriano, qui Parthici imperii conditor fuit. Refert Hamdalla, laudatus nobis antehac auctor, patria ipsa Cazbinensis, conditum istic loci à Persarum sive Parthorum rege *ارد شپر بابکان شادور بن سپور آرد* *Babecani filio*, qui *ن والاکاف* *Scapularius* cognominatur, castellum fuisse contra excursiones & latrocinia saevæ & indomitæ gentis Deilemitarum, in vicinis montibus degentium: de quibus paulo post pluribus dicendum erit. Fuit quondam castellum illud, ubi nunc medius est urbis vicus, quod tempore Osmân fil. Affani, 111. post Muhammedem Chalifæ, expugnatum à Saracenis, militum & novorum incolarum multitudine increvit in oppidi formam. Imperante deinde Moûsa Alhâdi, de quo Hist. Sarac. lib. 2. cap. 5.

alterum illi oppidum accessit, quod Chalifæ nomine موسى مدينة *Monsapolis* vocatum fuit: & aliud quoque adjectum à liberto illius Mubárec, natione Turca, quod inde المباركية *Mubarekiâ* & Persice مبارك اباد *Mubárec-abád* nomen accepit. Tandem Haron Raxid, Chalifa, à quo ibidem eximium جامع Congregationis templum erat erectum, tria illa militibus & armis instructa cum vicis suis oppida, tum adversus hostes, tum ad ulteriores in Orientem expeditiones, uno complecti muro instituerat. Sed Imperatoris obitu interceptum opus atque imperfetum mansit: ac tale fere tempore nostri Alfragani fuit. Quod quidem postea, regnante Chalifa، موسى بلاله *Motezzo Billa, Mousa Ibn Noufa* perfecit & absolvit. Sequentium vero temporum bellis, imprimis autem, cum per omnes Asiæ partes Mogolorum seu Tatarorum grassaretur vastatio, cum magna urbis parte murus ille dirutus fuit. Postea ab exitialibus iisdem fatis Cazbinum respirans de novo profecit, non restaurata tantum, sed etiam plurium gentium confluxu, publicis mercatorum diversoriis, foris, templis, balneis, aliisque commoditatibus amplificata, mercaturæ undique & quoquoversus exercenda ipso favente urbis situ. Propinqui agri ubertate & commeatus abundantia gaudet; at flumine ac rivis caret, nisi quod parvus quidam ad ædis sacræ & potentium usum eandem transit. Reliqua autem aquæ copia, minus laudatæ tamen, ex vicinis montibus per subterraneos ductus in puteos complures defertur, ad quos fere per gradus eandem petituri descendunt. Illud structuræ genus Arabes & Persæ صهاريج Saha-

Saharizg appellant. In eosdem vicinos montes ad declinanda æstivi æstus incommoda fixis migrare tentoriis magnates & opulentiores consueverunt. Postquam propinquæ Mediæ urbs تبریز Tibrizium, ubi Sophiani Persarum reges ex patria urbe Ardebil translatae, habebant sedem, à Solimano, Turcarum rege, anno Higræ 955, occupata fuisset، شاه طهماسب Xâh Tabmâsp Persarum Rex, Cazbinum concessit. Ubi basilicam sibi suisque successoribus stabilivit, quam tamen à Xâh Ismaël, ipsius patre, jam ante fuisse conditam volunt, superbam & elegantem. Turcarum more & idiomate ejusmodi palatium, ubi cunque loci situm sit، اعلیٰ قبو Aalâ capou, summa & excelsa Porta, dicitur. Eidem magnum prope forum exstructus adjacet ات میدان at meidân, Hippodromus, longitudine spacioque insignis, at qui tamen Isfehanico cedit, ubi clavæ ludio Persæ equites, scilicet clava, ipsis چوکان Tchoukân dicta, (Arabes میگان mihi-gien dicentes, hinc سانگان saulegian formarunt proprio idiomate) pilam ligneam ultro eitroque impellentes, sese equosque suos ad agilitatem exercent. Prope & fructifer conspicitur Regis hortus, per quem ambulationes in quincuncem directas faciunt umbriteræ platani & cupresi. Hanc à Majoribus traditam regiæ aulæ sedem etiam Xâh Abbâs, Thamaspi pronepos, incoluit primis regni sui annis: sed, postea ab ea factus alienior, sive ob imminentis mali prædictionem, ut quidam putant, sive aliunde, in Parthiæ alio & salubriori loco, videlicet urbe Ispahâan, de qua postea, similem structuram sibi adornavit. Qua mutatione multum splendoris Cazbinum amisit, mul-

tumque collapsæ sunt ædes. Incolas tamen etiamnum plures quam centies mille suo sesqui circiter leuæ ambitu complectitur. **داروغة**
قاضي & *Darogâ & Kazî*, id est *Prætor seu Rector & Index*, præfunt. Populi idioma quod attinet, quemadmodum in extremo Persiæ vel potius Parthiæ ad boream tractu ille degit, *Deilemitis & Gelis*, fere barbaris, proximus; ita aliorum Persarum linguae elegantia & pronunciatione cedit, rude satis & incultum. In extremitate regni altera, quæ ipsa proprie dicta Persis est, *Xirazicum omnibus præcellit*: medium medii loci est *Ispahanicum*. Celebrantur autem, quæ *Cazbini* conficiuntur chalybe & encausto opera, qui que intexuntur auro serici panni. Eruditione etiam & scriptis non pauci inclaruerunt urbis cives, de quorum numero etiam duo sunt nobis in commentario *عَبْدُ اللَّهِ بْنُ زَكْرِيَاٰ بْنُ حَمْوَنْ* & *عَبْدُ اللَّهِ بْنُ جَعْدَ* *عَجَابِ الْمُخْلَوقَاتِ* *de admirandis creatarum rerum*; hic autem libri haud dissimilis argumenti, qui *فَزَهَةُ الْقُلُوبِ* *Animorum recreatio* inscribitur, iisdem annumerandus *حافظ خلیل* author libri, *ارْشَادٌ فِي ذِكْرِ قَزْوِينِ*, quo urbs ipsa descripta fuit.

الْدِيلِمُ [Deilem] Regio ampla est & potiorem partem montosa, quam terminat ab ortu quidem Tabristana ante exposita, & initium exponendæ mox ditionis Rey, à meridie autem ejusdem Rey pars alia, tractus Cazwîni, & dicenda post Aderbigiâna; quæ & alia sui portione cingit ab occasu. Denique ejusdem Deilem à septentrione terminum Arabes quidam statuunt mare Hyrcanum, ita ut hac circumscriptione

ptione utramque regionis Deilemicæ partem comprehendant, & montosam, quæ proprie Deilem vocatur, & planam, quæ peculiari nomine Gilân dicitur. Ambæque provinciæ Deilem & Gilân apud Abulfedam aliosque Geographos pro una habentur, & simul permixtimque describuntur; unum velut اقليم
عمرفی *Iklîmon urfijon*, quod *clima notorium* reddi potest, ut quod ad urbium notitiam facit, opponiturque اقلیم حقيقة *Climati vero & exacto*, quale definiri ab Astronomis atque usurpari solet. Et videtur hoc nomen Deilem primo impositum esse populo ipsi, montes illos incolenti, deinde & iisdem montibus tributum, ita uti alias quoque fieri solet: Dilimnitas vocat Cedrenus, ubi scribit Constantini Monomachi Imper. tempore Sultanum Togrulbeg, qui Tagrolipac Cedreno dicitur, circa Mediæ partes ex Turcis, Saberis, i. e. Hunnis & Dilimnitis exercitum conduxisse: nam pro Καβήρων καὶ Διμνιτῶν, uti impressum est, ex Agathia est reponendum Σαβήρων καὶ Διλμνιτῶν. Eodem Deilemitas Procopius Hist. Goth. lib. 1 v. Dolomitas appellat; quos, magno Grotio interprete, describit in hunc modum: *Dolomite barbari sunt, qui cum Persarum imperio undique ambiantur, Persarum tamen Regi non parent, defensi locorum abruptis inviisque, libertatem per tot secula tutantur. Mercede tamen conducti Persis in hostem quemvis militant, pedites cuncti, gladio armati scutoq; & jacula manu gestantes terna: currere per confragosa, per montium vertebras non minus quam equis locis norunt.* Sic & Orientales Geographi testantur, arduos esse, difficiles, & asperos hosce montes, simul & aquis perfusos & silvis vestitos, ea imprimis parte qua respiciunt

ciunt mare, inter Tabristān & Cazbin (sed potius ultra hanc usque موغان *Mogān*) extensos, ut Hyrcaniæ partem sive continuationem quis facile agnoscat. In Gente vero ipsa notantur ab Abulfeda & aliis الشعر والطبيش والعجلة النسافة والسمرة وكتافة *Macies corporis sive tenuitas, color fuscus sive olivaster, crassities capilli, animi levitas seu mutabilitas, & agilitas celeritasque.* Cum hisce non male quadrant quæ Procopius dixit, quæque de eorundem ferocia Historiæ produnt. Et quia passim vulgatum fuit Deilemitas, tum vicinis, tum aliis populis hostes & infestos esse, excursiones & latrocinia agitantes ubicunque possunt; hoc ipso *Deilem* nomine Arabibus in genere *hostes & latrones* designantur; quin & *mors*, atque *infortunium*. Perperam nonnulli volunt eos origine Arabes esse, & quidem ex tribu بني شبة *Benī dabba*, eo forte inducti argumento, quod iidem Arabes cognomine *Deilem* insigniti essent, sed ejus rei causam reddidit Camus, quod scilicet hi aliis Arabibus nigriores existant; namque id significat *Deilem* à verbo *délima, nigricavit*. Peculiariter vero دجلة سقان *Deilemīstān*, teste Jacuto, pagus dicitur novem parasangis à Xahrezour distans, de quo postea: quasi *Deilemitarum vicus* potius quam *regio*, ad quem *Deilemitæ* præ datum populatumque excursioni regum Persarum tempore convenire solebant, & conjurare inter se, iterumque ab excursione reddituri domum. Cæterum in montibus *Deilem* oppida numerantur complura: ut sunt in confinibus Tabristanæ ناتل *Natul*, & paulo magis ad ortum bidui fere itinere, distans كالدر *Caldr*: pro quibus duobus in Geogr. Nub. Clim. 4. part. 7. vitiose ساقل *Saqal* & كلالن *Kalaln* existit:

existit: item شپز Xiz, ubi Persarum tempore maximum Ignicolis πυρεῖον fuit, respondens Romanorum Vestae. Est autem مملک الدیلم sedes Deilemitarum regia (aliis قاعنة الدیلم & قصبة الدیلم metropolis Deilemitarum dicitur رودبار Roudebâr: ubi commorari eorundem Reges solebant, qui آن جستان Giestanite erant, prout apud Abulfedam testatur Ibn Haukel. Præter alia oppida, pagosque, multa ibidem exstiterunt castella, (opere opibusq; eminuerat quondam regi proprium سهیران Semirân) quæ ipsi Deilemitarum proceres anno Higsræ 655. diruere coacti sunt, ut ab Hulacou, Tatarici Imperatore exercitus, qui in vicinas oras venerat, pacem obtinerent. Cum autem cum Geographis quibusdam sub Deilem etiam Ghilân comprehendisse Alfraganus videatur, etiam de plana regione hac peculiariter aliquid adjicendum fuerit; prout de montosa altera diximus, par quippe est celebritas utriusque كپلان Ghilân Persæ, جپلان Gilân plerumque Arabes enunciant; illi populum كپل Ghil & Ghilêc, hi جبل Gil appellant, unde & suum regioni impositum est nomen. Sunt hi dubio procul Gelî & Gelæ Ptolemæi ac Strabonis: Ibn Said aliisque Arabum اخوة الدیلم Deilemitarum fratres vocantur, corpore, indole, moribusque haud adeo diversi. & posterioribus Persarum regibus, ita uti de Xâh Abbâs constat, par fere labor fuit in hac subjunganda atque illa gente. Nomine autem Ghilân denotatur universa planities, quæ definitos jam montes Deilem & mare Caspium interjacet; & quidem propter differentes eorundem situs flexusque latitudine inæquali. Est ubi ipsos illos Deilem montes mare contingit:

tingit: unde etiam مَرْدِيلَمَعْ Mare Deilemicum , æque
 ac مَرْكِيلَانْ Mare Gilanicum , dicitur: est ubi paucis
 stadiis, vel milliaribus, ubi diei unius, vel plurium iti-
 nere distat. Duos totius regionis, prout ea antedicta
 quoque Mazenderân continet, سَرْهَد Serhad , ex-
 tremos limites, constituunt Persæ , alterum in ortu, al-
 terum in occasu; scilicet à سَالُوْس Salous , de qua pag.
 ad مَوْغَان Mougân , oppidum ditionis Ardebil mariti-
 mum; vel inde ab اشْتَرَابَاد Exterabâd ad قَزْل اغْاتَج Kezil agâtzg , mari assidens oppidulum , ita di-
 ctum lingua Turcica à rubente agri gleba , & arbo-
 rum copia. A Cazbin (ita enim potius, quam Cazvîn
 scribunt pronuntiantque litterati) paulatim succe-
 dent montes, quorum initio facta mentio , quorum
 que superanda pars est , minori quidem ascensus
 quam descensus intervallo, ut in Gilân , de qua pagi-
 na 193. fere planam quoque, at multo inferiorem, Gi-
 læorum , sive Gelorum Ptolemæi , contiguam mari
 Caspio ditionem , pertingi posset. Hujus solum in-
 fra illos montes depresso, lutosum , molle & uvi-
 dum , multisque locis tremulum existit : sive hoc à
 fontibus sit & rivis ex montoso tractu demissis , sive à
 mari quod natura septum undique & clausum se dif-
 fundat, aut occulto terræ subeat meatus. Hinc gravior
 ibi aër , cum primis circa terram; ideoque suffultis in
 altum cubilibus , qualia تَلَار Talâr vocant , noctu de-
 cumbunt ; insalubris aqua, ita ut potum multi corri-
 gant acetî mistura. Arboretis, hortisque olitoriis &
 fructiferis abundat ; at frugum inopia laborat; neque
 enim seritur frumentum , præterquam in Mazende-
 rân , & utraque extremitate, Exterabâd & Kezil A-
 gâtzg

gâtzg supradictis. At inopiam illam supplet pensatque copiosa oryzæ messis, & quidem valetudini illic conducentis præ frumento alio quounque. Æstus licet hic vehemens, daçtyli tamen prorsus desunt, in vicina Persia frequentes, ut qui solo arenoso gaudent; at contra quæ alibi rara, mespilorum hic plus satis est, quæ solum huic simile amant, & Persis propterea خرماء گیلان Chormâi Ghilân daçtyli Gilanici nominari solent. Tantus autem est eadem regione serici proventus, ut non dubitaverit inclytus ille Persarum Rex Xâh Abbâs Indiæ Regis Legato dicere, & sibi Indiam esse in infima regni sui parte. Tota colitur regio & ubique habitatur per vicos, at singulos paucarum domorum, qui fere omnes, ut & oppida, foetura bombycum & lanificio se exercent. Vermem hunc quasi sacrum habent, & S. Jobi nomine signantes بحق کرم ایوب Behâk kirmi Ajoub, per S. Iobi vermem jurant. Oppida autem & oppidula satis multa sunt, arce & muro nuda. Celebriora nunc fere quatuor sunt: ad Ortum فرج اباد Ferah abâd, in præced. pag. memorata; ad Occasum لنگر گنان Lenger cunân, ubi navium Astracano, Russiæ urbe, venientium portus est; inter utrumque media duo, رشت Rext, Reist pronunciant vulgo, & alterum triplo majus لاهیجان Lahigâm; ubi præstantis, nitidi & subtilis serici genus colligitur, petita hinc voce لاهیجانی Lahigianicum, Leginum Europæis vocitatum: illud quidem oppidum à Cazbin quatridui itinere abest; posterius vero, recta fere ad boream, tridui duntaxat intervallo. Testis est Abulfeda suo tempore گلستان urbem Gilân, metropolin interpreter, dictam fuisse جون چون Poumun; (ita Arad d d bes

bes چ pro چ scribunt) diserte autem inquit primam litteram inter Be & Te sonare, quo nomine etiam hodie urbs satis magna exstat, sed qui dietæ intervallo à Rext Occidentem versus, & dimidiæ circiter ab ipso mari : item altera ad Ortum چ doulâb dicta, cui & olim fuit, uti quoque nunc est, nomen چ Gesker, quæ tamen à quibusdam ad Deilem refertur , uti & prædicta Labigian ; & ita quoque oppidulum چ Mian شهر Xahr, quod inde evenire existimo , quia, prope pedem montis sita, videantur pertinere utrobique. Cum inter Deilemitas multi quidem armis, paucissimi vero, vel nulli quod sciam, litteris clari fuerint, inter Gilæos sive Gelas complures extitere celebres doctrina viri: de iis, quorum scripta habemus , nunc mihi duo occurunt , alter operis Astronomici auctor, **كوشيار بن لبلن** بى inscrispit الرشيد الجامع Philosophi Gilai nomine celebratus ; alter vero auctor **كنز اللغة** The sauri Arabiro-Persici عبى الخالق بن معروف quem Marcufidæ nomine sape adhibui in Lexico meo.

Rea الري Nempe Keusiar sine Articulo scribit ; ipsi efferunt Rey: sic Reya, Reia, seu prout D. D. Erpenius & Pocokius usurpant, Raia dici convenienter potest. Sed ab **الراية** Raja Ægypti discernenda : quo nomine celebris in urbe Fustat vicus fuit , & prope Colzum regio quædam. Parthæ hæc, de qua agimus, urbs est celebratissima, in plano & æquabili solo posita, montemq; Calvum, ut Iac inquit, i.e. omni germitæ nudum à latere sibi imminentem habens. Quidam ad Deilem, alii ad Chorasân, principium ejus scilicet, pertinere eam volunt. Unius diei itinere ad Occasum bru-

brumalem à Comis, quæ pag. descripta est, collocat Ibn Haukel, quæ duo oppida desertum Chorasanæ terminant ab Occasu secundum Abulfedam. Ab Astronomis plerisque Raiæ huic situs tribuitur sesqui gradu Orientalior, uno autem Australior quam Cazbino: à quo eam removet paras. 30. Abulfeda, 27. Hamdalla. Neque vero Alferganus noster, climata percurrens ab Ortu in Occasum, in recensendis singulis, quæ in mentem illi venere illustriora loca, ita exakte eundem hunc ordinem observat, ut non subinde quid subjiciat, quod esse in præcedentibus omissum videri potuerit. Putatur hæc ipsa esse Parthiæ urbs antiquissima, ut quam Magorum monumenta ab دشنه هوشنگ Huxene primo Persarum Legislatore conditam, quin, ac si jam ante extitisset, auctam tradunt, & post à منوچهر بن فردوس Menugibr Firudonis filio restauratam. Videri posset Stephani P'acia esse, quæ illi urbs Scythiam inter & Hyrcaniam; minus commode P'ajua Ptol. seu P'ay'a Strab. ut quæ Mediae est, & à Nicatore structa, tantumque 500. stadia abest à Caspiis portis, teste eodem Strabone lib. xi. Muhammedico imperio Omaris Chalifæ 11. jussu & auspiciis subdita fuit anno Hisgræ. Deinde collapsam, ut videtur, restituit, cum istuc forte venisset, Muhammed Almahdi, Chalifa Abbasides, de quo Hist. Sarac. libr. 2. cap. 4. aut potius nova parte, ductisque mœniis, elato ingenti templo, arce & palatio ornavit & munivit. Ita ut Alfraganus ævo ea fuerit urbs Parthiæ maxima, plus quam parasangam in longum, & dimidiā in latum patens; adhæc eleganter aedificata, gemino intus rivo & a-

quæductibus gaudens, ita ut fide Ibn Haukel refert
 Abulfeda. Tum & incolis advenisque ita frequenta-
 ta, ut nulla in Oriente alia præter Bagdadum habita
 fuerit populosior. Hinc scriptoribus dicta شیخنے البلاط عروس الدین sponsa mun-
 & primaria urbium ام البلاط باب من ابواب الارض البهاء متجرة الخلف &
Porta de Portis Terra, ad quam hominum celebretur mer-
 tatus. Accedebat soli libertas, & multigenūm abund-
 dantia fructuum, & circumiacentis amoenitas regio-
 nis, in qua incolebantur majores pagi, qui illis in lo-
 قوهن رسادیق Resatik dicuntur, uti erant, مرجی Sund, Mergia, Kouhad, & alii permulti, ut
 etiam millia militum ex iis conscribi possent. Nam-
 que Raiæ ditio longe lateque distensa erat. Ad urbis
 encomium etiam spectat, quod in *Syntagma Geographico* Albicri legitur جمع البدری
 البلاط مجران مني و منشى من الشام والبرى
 الچاز و صنعا من اليمن و من خراسان اطيب
Negrârān ex Higiaz, Sanaa de Iemen, Damascus ex Syria, &
Rey de Chorasana. Attamen in tanta laude hoc vitii
 agnoscit Hamdalla Parthus cum inquit: شیری
 مکره سپ راشت و شمالش پیوسته وهوایش ذا کوارڈن و
 پیوسته (ubi pro legendum Vrbs est astu fervens, parte ipsius boreali obse-
 pta, & propterea aer ejus insalubris & pestilentia ibi fre-
 quens; additque versum istic loci vulgo notissimum,
 ھینم سحر کھی ملک الموت را بخواب جی کفش
 میدر دخت زدست و جای بی Vidi mane in somno angelum
 mortis sine calceis fugientem manu (potestate) pestis Raiæ.
 Neque propterea desit florere, donec eam gravissi-
 me afficeret levior, uti videbatur causa; scilicet notissi-

mæ illius, Muhammedico innatæ imperio, sectæ seu
factionis geminæ الشيعة & المسننة Sunna & Xeia, in una
eademque urbe contentio: hæc quippe in civile bel-
lum exardescens, quo post extinctos Xejitas corripi
quoque adversus invicem ipsi victores Sunnitæ, ni-
mirum Xaphiæ & Hanifitæ, mirum in modum fœ-
davit urbem atque subvertit: per cujus factas inde
ruinas se A.H. 617. transiisse scribit Jacutus. Quod
autem de ea reliquum & superstes mansit, haud mul-
tis annis post à Mogolis sive Tataris, ut narrat Ham-
dalla, prorsus deletum fuit. Tempore quidem Tatari
Gazân Chân, princeps regionis Fahroddin novæ
structuræ aliquid congregandis populi reliquiis mo-
litus fuit; sed quod postea etiam concidit corruitque,
ut hodie vix rudera supersint.

Ab urbis nomine ری Rey, Rai, vel Raja, præter
analogiam linguæ gentile nomen، دهسب Nefeb Arabi-
bus dicitur، رازی Razion formatur; quemadmodum
& à nomine oppidi Chorasanæ و مرو in desinente,
nempe à مرو شاهزادان Merva regi expetita (nam ab
altera, tridui iter distante، مرو مود Merva ad flumen
fit regulariter مرو روی Merviion & مروی Merva
rondiion) derivatur gentile مروزی Mervazion, etiam
adscita، littera. Atque isto gentili nomine passim
celebratur Philosophus & Medicus ابوبکر محمد بن زکریا
Abubecr Muhammed fil. Zachariae, nempe Rha-
fis vulgo dictus, potius Razis vel Razæus dicendus,
quia in urbe Rey natus, uti & denatus fuit A.H. 311,
librorum plurimorum, ut qui indicem satis magnum
effecerint, auctor. Inter eos semper laudatum fuit de
morbis particularibus opus، الطب المنصوري Medicina

Mansoriana dictum, velut Almansori dicatum: apud nos vulgo Rhasis ad Almansorem. Fuit autem hic, ne quis erret, اسْقَى بْنُ اَحْمَدَ *Almansor fil. Ishaac, fil. Ahmed:* Muctafis, Chalifæ Abbasidæ xxxviii, ex fratre nepos, Raiæ à patruo præfectus, non vero Almansor, Chalifarum eorundem Abbasidarum secundus, Imperialis urbis Bagdadi conditor, quippe qui A. H. 158. decepsit. Razii etiam seu Raianitæ, si quis ita malit dicere, alii extitere in quovis eruditionis & scientiæ genere illustres; longa quorum series dari posset.

اصفهان *Iſfehān*] & *Aſſeħān*, & cum a loco E: A-bulfeda per ܒ scribit, ut sit *Isbehān* & *Asbehān*; utraque autem litera hæc Arabibus usurpatum pro ܦ Persico, hoc est, P; atque ita Persis aliisque sonat *Iſpahān*; & vulgato passim usu *Spahān* dicitur. Quod quidem nomen haud aliter, quam initio exhibitum sit, ab Arabibus notari potest: qui cum duas in principio vocis consonantes simul efferre nequeant, proposita Alif cum minima vocali Kefra eas dispungere solent, & despescere in syllabas duas. Scribitur tamen, hodieque imprimis اصفهان, & pronunciatur *Suffhān*. Quin حمزة بن الحسن Spahanensis ipse, apud Albicri in libro جمع البلدان inquit, nomen اصفهان derivative esse ab اسپاه & اسپه *Iſpāh* & *Iſpē*, quod Arabice notat جند و i. e. militiam, cohortem, & pluralis numeri forma *Iſpahān*, Arabiceque *Isbehān*, compositum ex pluribus cohortibus exercitum designat: quod Parthorum tempore ex Perside, Carmania, Ihwāz & aliunde hunc in locum convenienter copiæ militares. Minus verisimile est, quod idem Albicri tradit, *Iſfehān*, pau-
lo

lo post occursum nomine, duos ejusdem patris فلوج
Felougi, ex nepotibus Japhetis, filios extitisse, quo-
rum nomine ipsis locis, ubi sedem illi fixissent, im-
posita fuerint. Neque enim ejusmodi quid facile ad-
mittendum absque demonstratione. Cedreno etiam
Ασπαχᾶν vocatur locus ille prope quem scribit Mu-
hammedem (nempe Mahmûdi, fil. Sebectegini fi-
lium, juxta alios fratrem) validissimo cum exercitu
occurredisse Tragolipaci Moukalet fil. id est, ut
recte concinnentur Cedreni verba طغ، لمک ابی جن مکایبل
ابو طالب بْن مکايل *Togrulbegi Aboushâlib* fil.
Mikaëlis, qui, Muhammede cæso, ab exercitu utrin-
que declaratus Persiæ Rex fuit, atque ita novum im-
perium Salgiucicum erexit. Neque male convenit
Aspahân cum Aspa Ptolemai in Parthia ab ipso posi-
ta, quanquam latitudinem illi, ut quoque vicinis aliis,
majorem tribuat, quam Astronomi & Geographi O-
rientis. Quorum præcipui Isfehân communi quodam
consensu subjiciunt longitudini quidem 86, 40. lati-
tudini autem 32, 25. Ideoque non sine causa miratur
Hamdalla urbem hanc in climate quarto reponi, quod
etiam hic ab Alfragano fit, cum tamen eam climatis
esse tertii dicta jam arguat situs ipsius mensura. Simi-
le quid & notatum de Fergana fuit pag. 170. Et qui-
dem hæc ipsa quoque Urbs Isfehân, teste Hamdalla,
ditiones sibi vendicat diversas octo, quæ pagos con-
tineant circiter quadringentos. Situm in planicie
per ampla habet, montibus circumsepta; qui de eorum
numero sunt, ob quos Parthia urbis hujus اذلیم
عرفي *clima notorium* دلایں الچبال *Regio montosa* nun-
cupata fuerit. In tabula Geographica quadam, & in
quo-

quodam etiam Astrolabio ab ipsis Persis Issehâni de-
scripto observavi, eandem urbem, duasque claras alias,
Bafram & Meccam in eodem esse circulo.

Ditio illa Spahanensis Ortum versus pertingit ad
regionem خوزستان Chozistân, quæ & cum loco Chozi-
stân dicitur, fere in plano sitam habens antiquissi-
mam urbem تفسر Susa, quæ veterum Susa est, inter
hanc & Issehân, uti ex Abulfeda colligitur, jacet tra-
ctus لورستان Loristân vocatus. Ejusdem ditionis Spa-
hanensis ad Meridiem terminus est oppidum سمنه Sumeirom, inter Spahanum & Xirazum, Persidis me-
tropolin, media fere via. de ipsa autem Spahano seu
Issehân urbe sciri convenit ex allegato saepius Ham-
dalla, initio quidem quatuor ibidem exstitisse vicinos
pagos sive vicos كرمان Kirân كوشك Koxec
جيوبار جيوبار Gioubâra, & دردشت Derdext, structos à طهره ورن
تامور تامور Tahmoures demoniaco, quod dæmonem ligasse
ac vicisse dictus sit, & جمشيد Gemxid. Cum vero
eundem locum pro sede regia delegissent كپاديان
Kianitæ, ex confluentium undique hominum struc-
tris unam coaluisse urbem. Referunt alii, Judæos, cum
ab Hierosolymis extorres, perque Assyriam ac vicina
dispersi essent, hoc loco, & quidem salubrioribus loci
aquis allectos, uti traditum, prope oppidum vetus جي
Gieyum nomine, condidisse sibi vicum, qui, illo præfer-
tim collabente, ita accrevisset, ut nova evaserit urbs,
Sedes Iudaorum dicta. In
اصفهان العظمي هي : Indaica & دار اليهود Sedes Iudaorum
اليهودية Urbs Ispahan major Indæopolis est : mi-
nor altera 2 passuum M. inde distans, جي Gieyum vo-
cata. Atque inde forte Armeni Persæque dicunt an-
tiqui-
oup

tiquitus Spahano nomen جوش Gieux fuisse. Quicquid autem utroque conditum, & instauratum fuit, Isfehani nomine gaudens, crudi lapidis muro cinctum fuit ab Alhasen Rucno-ddaula.

Ob hyemis ac aestatis temperiem, ubertatem soli, commodumque ad diversa regna aditum ita floruit semper, ut cum Xah Ismael Haidar, primus Sophorum Rex, in eam venisset, دار السلطنه sedis regiae nomine appellari jusserit. At postquam Xah Abbas pronepos illius, ibidem loci, Cazbin relicto, suam revera sedem fixit, tum caput illa super omnes extulit Persidis Parthiaeque urbes. Quippe de novo accessit دار خاده deuletchana regium palatium, quod & على قبو Aalâ capou, celsissima, augusta, (nolito interpretari propter دنار شاه penagâb, quod ad ejus limina Azylum est, Dei porta, quasi الله Allâ scribatur) Hippodromus amplissimus, مسند جامع Templum commune, primarium, چهار باع Txârbâg i. e. Quadripartitus vere regius hortus, & هزار جریب mille jugerum nomine vivarium. Quin additae sunt civitates tres aliæ, in quas totidem populorum, ut sedibus propriis evocatos sua præsentia certius contineret, colonias deduxit: nempe 1. عباس آباد قیمارزه, ipso Regis nomine Abbasopolis dicta Tebriziorum, & quoque hinc, velut nomine suo proprio, قبریز آباد Tebriziorum mansio: 2. Giulfa nova Armenorum; quo alias nomine urbs est, seu potius fuit, in Armenia ad Araxé sita; 3. جلفای ارامنه Gebr-abâd i.e. Gentilium vicus Magusaorum. Atque ita urbis unius loco grandis & insignis Tetrapolis facta, quæ & universa Spahanum nuncupatur. Talem haec omnes situm habent, ut tertia illa opposita sit ab occidente principi urbi Spahân,

secunda similiter ab occasu respiciat primam, utque
 Zendæroud i.e. vivum flumen, ex monte ماء وادی ده زنداروو Dimavend ab austro delatum, duo Muhammedana oppida discernat à duobus aliis, Christiano & Pagano: Adiectæ & platanorum publicæ ambulationes, strataeque lapidibus viæ, pontes, fontesque & cisternæ, کارواحدسرای Carvansarajæ, id est, mercatorum & peregrinorum hospitia publica, tum à Rege, tum à Magnatibus exstructa viginti, supra 80. alia quæ in proprio dicta Isfahan jam ante fuerant, prout Persicus quidam scriptor testatum reliquit. Is & duos alias accessisse vicos scribit, جزء اباد واجه اباد کاشیان ; adeo ut Spahan & Hexapolis dici posset, & juxta Persarum vulgare dictum dimidium mundi. Quin ipsam superare naturam Rex idem molitus fuit, ut, quam maxime posset, hanc urbem beatet; cum totas quatuordecim annos ingenti sumptu aliquot millia hominum adhibuit, ut perrupto Dimawend monte اب کورن Abi Kuren fluvius, qui per alterum ejus tractum fertur, cum Zendæroud conjunctus, ingentem agri Spahanensis partem rigare posset, quæ nunc, Zendæroud fluvio per urbem & hortos diducto, ab agricolis carpto, & post quinque ab urbe millaria fatiscente & extincto, propter aquæ inopiam inculta manet. Sed de recentioribus hisce rebus, à studiosissimis viris, Petro de la Valle, Adamo Oleario & aliis, qui plerasque coram perspexere, particulatim & diligenter perscriptum fuit.

Ibid. قم Coma, seu potius Kom & Kommum, nam duplicatum est] Oppidum quoque الجبل بلاد regio- عراق الوجع Iraca exterorum sive Persarum

farum dicitur, in campo 10. parafangas patente in longum latumque, inter Cazbîn & Isfehân medio fere loco situm; inde nempe 33, hinc 39, Leucarum itinere (uti Oleario observatum) & 21. paraf. à Rajâ ante dicta dissitum. Inter hanc & Com مَفَارِز desertum seu campus interjacet, in quo stupendæ magnitudinis, fabricæ & munitionis castellum, گرد شپر *Gerdexir*, vocatum describit Jacutus. Cumque Iraca hæc Parthica montibus constet, unde & nomen habet, tum ab Hamedân ad Com & ad Rajam vix ulli sunt, ut ex Ibn Haukel refert Hamdalla: qui de urbis ipsius ortu ex اللباب لدن الاشپر tradit, hic loci olim septem pagos existisse, qui simul urbis quasi vicem explerent.

Cum autem A.H. 83. Abdorrahman fil. Muhammad, fil. الاسعف *Alasaf* in fugam conjectus esset ab Al-hagiâgi Ibn Jouseph, cuius pag. fit mentio, socius ejus Abd-olla Saidân cum copiis huc delatus, pagos illos, cæsis dominis, in potestatem suam redegit; & in uno, qui کمدان *Kumdân* diceretur, sese stabilivit, & constituit urbem, quæ contrafacte & مَدِينَة in مَدِينَة mutata, ut in formandis ex peregrino idiomate vocibus fieri solet, Com sive Commum nominata fuit. Eidem Abdolla filius erat Mousa, qui ex Basra in urbem Kom migravit, & in hisce oris primus الشعب, id est, *Xejiticæ sectæ* Alis partibus & cultui devotæ studium professus fuit. At Hamdalla, ex Persarum traditione, Kom pro urbe antiquissima censet, quæ à Tahmourt 12000. cubitorum circuitu structa sit: & certe maximam hic olim stetisse urbem ipsa, quæ supersunt, ruinæ vestigia satis demonstrant. Etiam quæ nunc exstat, ut muro cincta ac munita apud Abulfedam describitur, cui

temperatus quidem aér, at pauca (& salsa utcunque, addunt alii) fereque ex puteis sit aqua, unde & circumiacentes rigentur horti; suo pistaciorum proveni-
tu, alibi raro, celebres; uti quoque proximi montes.
Hamdalla tamen hic quoque fluvium agnoscit riga-
tioni inservientem, qui ab occasu solstitiali ex tractu
oppidi گربانقان *Giurbadikân*, Persæ گلبدیگان *Gul-
badigân* vocant, ad urbem pertingat.

اثني عشر شبهة seu شبهة Xeijita, sive duodenarii, quippe qui 12. Antistites, id est, Alim & ex ipso natos successores colunt.

Lin. 17. همدان, & frequentius cum ۵, *Hamedân*] Urbs à præcedenti Kom ad occasum distans ۵. die-
rum itinere, & quidem in medio بلاد الچبل Parthia
sita: urbs, inquit Ibn Haukel, magna, aquis, hortis, ar-
vis abundans; utique & fontes & vivos ex adjacente
الوڈن *Aluvend* sublimi monte notissimo, complures
habet. Quamobrem, ut quoque propter aëris salu-
britatem, cæteris omnibus Parthia locis eandem præ-
fert Hamdalla: & همدان جای شاهان *Hemedân locum
regum* appellat, quo concedere æstivo tempore refri-
gerii causa solebant Reges. Unde cogitare subinde
fubiit, num Hamedân sit Veterum Ecbatana; prout
Mediæ, cui hæc accensa fuit, diversimode usurpatum
est nomen. Ditiones Hamedano, قومانات Persica
voce dictæ, quinque sunt, suarum urbium nominibus
distinctæ, quarum singulas sequuntur complures pa-
gi, unde magnus exsilit urbis proventus. Hamedâ-
num ab antiquo Persarum Rege چمشپن پیشید ادی *Giemxid Iusto*; conditum, & muro, qui Commensi non
cesserit, circumdataum fuisse, ex Persarum monumen-

cis idem memorat Hamdalla: tum & in media urbe à داراب بن داراب *Daráb fil. Daráb* structam esse arcem كلين *Kolin* dictam, quæ tunc diruta erat. Sed & mu-ro prorsus nudam nunc esse urbem testantur Persæ; attamen etiamnum magnam & amplam, rerum uber-tate pollentem, & agendis commerciis frequentatam. Bidui inde itinere, intercedente monte Alwend, ex adverso posita est urbs درگزین *Dergezin*, vix ulla re Hamedano impar; nisi quod hic quidem vigeat الشبعة *Alshibuya*. Xeija, illiç vero obtineat السدعة *Suna*. ideoque incole Regi Persarum pro exercendæ religionis suæ liberta-te pendere coguntur الخراج السنی *sunicum*, ut vo-cant, *tributum*. Cæterum hac voce Hamedân deno-tatur quandoque celebris quædam & antiqua قحطان *Kabthitarum* Arabum tribus. Atque hoc sensu scribunt Auctores: بحران مدينه اليمان همدان *Negirân*, quæ Ptolemæi Negara, urbs est Arabia felicis de regione Arabum Hamedân.

Ibid. دهاوند *Nihavenda*, potius Nukavvend Abulf. etiam *Nehavvend* & *Nihavvend* Jac.] Hoc de me-diocribus Parthiæ oppidis est, ut præcedentia ex ma-jorum numero fuere, juxta Abulfedæ aliorumque sententiam. At magnum quoque esse asserit Jacutus. Ad austrum ab Hamedân dissidet 14 parasangis, su-per monte (altiori tractu puto) collocatum teste Ibn Haukel; ubi tamen nec fluvii desunt nec horti, & quidem tam præstantium fructuum copiose feraces, ut deportari in Assyriam solerent. Urbs totius Par-thiæ antiquissima censetur, &, quasi Noah habuerit conditorem, primo dictam fuisse ferunt دوح اوده *Noub avvend*, id est, Noahi opus: atque inde commu-ni-tatis

tatis inter se similibus litteris ح & ه, lenitatis ergo factum esse دهادون Nuhawvend: ubi recte addit Abulfeda, quod solent, ubi quid minus esse verisimile videatur والله اعلم At Deus veri est scientissimus. Tempore Omar Ibn Alchatthâb, A. H. 20. vel 21, vehemens commissa ibi pugna fuit, duce Noman Ibn Makran, uno de sociis Muhammedis, qui urbem, ditione facta, occupavit. Et quia copiae pleraque ex Basra fuissent, tributumque Nuhawend isti assignatum urbi, quia propinquior, uti & Cufæ cessit tributum captæ urbis Deinevâr, de qua mox dicendum; contigit inde ut Nuhamend quidem ماه البصرة Ma Basra, Deinevâr autem ماه السکوفة Ma Cufa nuncupata fuerit. De pluribus aliis, quæ ad Nuhawend pertinent, paucis adjiciam hæc duo singularia; scil provenire hic, & vix alibi, قصب الذرداء Calamum aromaticum (qui inde Culmi Parthici nomen meruit) sed ita ut non ante percipiatur fragrantia, quam ultra vicinum montem عقدة الركاب nomine perlatus fuerit: tum & in propinqui fluvii ora nigerrimum optimumque reperiri luti signatorii genus, quod ex fundo à Cancris afferti constat.

(*الدینور* & cum Articulo *Dinor*, legito *Deinevvar*; aut juxta Camus & Ibn Chalicān *Dinevvár*). Hæc quoque de majoribus Parthiæ urbibus una est, similis Hamedano (quasi dodrantem ejus facit *Jacutus*) à qua in occasum vergit declinando ad septentrionem plusquam 20. parasangarum intervallo : frumentum frugumque copia, uti & aquis, ac amœnis prospectibus gaudens. A Cufa Assyriæ, & Merâga Aderbigianæ, æquali parasangarum 40. spacio distat.

Propinqua admodum magnæ quoque urbi قرمیشین Kirmisîn, quæ & كرمادشا Kirmânxâ dicitur, & à Deinewar remotæ ad Occidentem. Est vero Kirmisîn tum croci proventu celebris, tum vicinia decantatæ passim قصر شپریدن Arcis Xirîna, à regis Cosrhoë conjugæ Xirîn ita dictæ, ubi admiranda Persicorum Regum vestigia exstant, inter Hamedân & memoriandam nunc Hulvan. Dinewâro huic nostræ, cuius incolas incolis Hamedani præcellere ingenio Jacutus inquit, natales suos debent clari doctrina complures viri: quibus annumerandus etiam ابو حنیفة اللغوى Grammaticus seu Philologus Abu Hanîfa.

Ibid. حلوان [Hulvân] Iracæ proprie dictæ, id est, Assyriæ urbs, juxta quosdam Iracæ peregrinæ, nimirum Parthiæ. Revera autem Assyriæ est extrema Orientem versus, qua parte illa montes Bagdado collimaneos respicit & Parthiam attingit. Utique est Hulvân, ut ex Abulfeda liquet, in medio tractus, qui per ortum cum declinatione sua ad septentrionem terminat Assyriam, & à Parthia secernit: quemadmodum urbs القانسية Cadisia in medio sita est illius tractus, qui per occasum cum inclinatione ad austrum ejusdem Assyriæ finis est. Cæterum Astronomi & Geographi plerique Hulvano pro latit. tribuunt grad. 34; pro differentia long. à Bagdâd in ortum grad. 2. Itineraria autem mensura ambæ inter se urbes dissident diætis sex vel quinque. Hulvani conditor fuit فیان فیروز ساسانی Kobâdes Firûz Sasanita; prout Hamdalla docet. Urbs quondam ampla & populis frequens fuit: quæ A. H. 19. cum in illas partes Arابum dux Gieriz Ibn Abdolla exercitum duceret, & Persiæ

Perfiae Rez Iezdagird fuga Spahanum elapsus esset, condicto tributo se Arabibus in clientelam dedit. Huc secedere solebant Bagdadi Chalifæ, contra æstus molestias solamen captantes à frigidiori aura: neque eximiorum fructuum copia deerat, inter quos mala Punica celebrantur nullis aliis secunda, & famosa ficus, ob excellentiam Persicæ *أَجَبْرِيَّة* regina sicuum vocata. Sunt quoque ibi fontes medicati, qui ad varios morbos profundunt: & in urbe existat *مَزَارُ حَمْزَة* *visen-tium religione cultus tumulus Hamzæ*; qui sextus fuit de septem *الْقَرَاءَةِ* Lectoribus, per quos variantes Corani lectiones suam auctoritatem habent. Narrat Ham-dalla, qui post Kazân Chân, Tatarorum regem, vixit, suo tempore destructam deletamque fuisse, Tatarorum ut existimo ante facta invasione. At Alfragani nostrî tempore, cum egregie floreret, inter illustres alias merito recensenda fuit. Est quoque Hulvân nomine pagus supra Fustât Ægypti, duobus inde ad Austrum parasangis ex alto imminens Nilo. Est &, ut hoc moneam, referente Jacuto, Hulvan oppidum in montanis Nisabour circa extremas Chorasanæ partes versus Isfehân. Et quia apud Arabes *خَلْوَان* due *Hulvani*, *supra descripti*, *Palmae* proverbium fecere, libet illustrare hic ex Historiæ Saracenicæ pag. l. 21. locum, ubi earundem fit mentio. Cum istac iter faceret Raxîdus Chalifa, sanguinis profluvio corruptus, de consilio Medici expetivit cerebrum palmæ, *جمَار* *Giummâr* Arabibus, *εύκέφαλος* & *εὐκάρδιος* Græcis appellatum, ut quod refrigerandi & incrassandi sanguinis virtute polleat. Est autem hoc in arboris interiori vertice conspicua substantia alba, tenera

nera & compacta, è meditullio nata: quæ paulatim se dissolvit & in novos nervos frondesque expandit. Cum autem ad ferendas & alendas palmas non faceret loci illius natura, repertæ fuerunt in clivo quodam duntaxat dūæ, quarum altera in Chalifæ usum suprema sui parte, ubi cerebrum sive cor est, quo ablato palma moritur, resecta fuit. Versuum, qui indicata pagina exstant, scriptorum plurium consensu, author statuitur fuisse مطبع بن اجار *Muthæus Ibn Ajär*, qui cum à Chalifa Almansour, Raxidi avo, è Raja ante memorata urbe evocatus Bagdadum, de via in illo Hulvani clivo quiesceret, forte subiit animum, uti fit, recens amatæ conjugis jactura, & conspicatus ibidem duas palmas, quo etiam in genere mas & foemina noti, in genio solari cupiens dolorem, conscriptam ibi reliquit elegiam; cuius duo isti, de novem numero, versus sunt, legendi & vertendi in hunc modum:

اسعدادي ياد خلتي حلوا وابكياني من رب هذا
الزمان

اسعدادي وادقنا دعسا سوف ياتكم فتقران:
*Subvenite mihi, ô dñe Palma Hulvani, & scete mei causa
adversam hujus temporis sortem;*

*Subvenite mihi, & certo scite infortunium mox ventu-
rum vobis, quo separandæ sitis.*

Non potuit Raxidus non nosse Muthæum, ut qui Parthiæ præfectus fuisset, & simul insignis Poëta; & non mirifice affici, cum videret in se quadrare, sibique scriptum esse hoc carmen, qui, ut suo succurri morbo posset, vaticinium implevisset Poëtæ. Hæc quidem interserere eō magis visum fuit, ut ex eo tanquam specimine constet, nec reliquos in Historia illa oc-

currentes versus tam esse inficetus , quam quidem ex versione apparet: ac si hic quidem nil suave nec odorati quid Arabia largiri posset. Quia in ipso codice, qui exaratus admodum negligenter , præcipue omnes versus eo vitio laborent, punc̄tis diacriticis fere destituti, fieri non potuit, ut ὁ μακεδών Erpenius, vir doctus, ingenuus, & diligens, cuius memoriam & virtutes amico gratoque animo lubens colo , veram potuerit exprimere interpretando sententiam. Utique auspiciatus fecisset, si molesto & frustraneo labore hic supersedisset: Namque hæc fere causa fuit, quare apud multos, præfertim fastidiosos & delicatores, litteræ hæc in prima ætate cæperint despectui haberi.

شہر زور Xahrezór : potius XahroZour cum Abulf.] Una cum præcedente Hulvân esse Parthiæ oppidum docent, & quidem Hulvano esse Orientalius ad 15. minuta , australius 1½ grad. statuunt Nasîr Thusæus, &, qui hunc per omnia pene sequitur & exscripsit Ulugbegus , aut qui illius nomine suas tabulas ornarunt. Duo illi oppidum utrumque Iracæ adscribunt in M.S.S. nostris ; at Parthiæ in editis Gravianis. Abulfeda, qui ea parafangis 22 disjungit , solum Iracæ tribuit Hulvanum : Contra Geographus Nubiensis Xahrezour rejicit ad Aderbigâñ , id est, Mediam. Ita ut Orientalium , الْقَالِبُ الْعَرْبِيُّ climata notoria , quæ Ptolemaeus lib. 1. cap. xix. ὁμοχίας, provincias seu præfecturas vocat, non minus quam apud Græcos & Latinos, diversimode statuantur ; præfertim circa limites, ab auctoribus diversis. Situs oppidi , narrante Abulfeda, figitur inter Mausil (Arbel, Iac.) & Hamadan ; item medio loco inter Medâjin Iracæ , & Pyreum

reum (اَدَسْكَار) Aderbigiānæ , per quod designari arbitror urbem پزش Xiz , existentem inter Merāga , Zengiān , Xahrozour , & Deinewâr , nempe patriam زرادرست Zoroasti , quem magorum prophetam vocant : Ubi præcipuam illi sacram religionis suæ ædem habebant , in qua Ignem plus quam 700. annos indeſinenter arſiſſe memorat Iacutus . Xahrozouri locum utrinque , & à Medājin , & à Merāga , removet Hamdalla itinere sex dierum . Zacaria Ibn Muhammed Cazbinensis , libro العياد و أخبار البلدان inscripto , cum Jacuto & aliis , nomine Xahrozour amplam de-notari regionem docet , in qua pagi complures & vi-ci . Primariam ipſe urbem , ceu proprio nomine دیزدان Dizdân vocat , Jacutus میم از رای Mim Ez raja , & huic non ita dissimili نیم راب Nim râb Hamdalla : quæ uti ex eorundem descriptione auctorum conſtat , una & eadem urbs est . Nam alto muro , & ſuperne octo cubita lato , cinctam fuſſe ſuam quisque narrat , adeo ut facile ibi admitti potuerint equi ad curſum . Conditam زور ابی الصعکاک Zour fil . Dohâc urbem hanc plerique auctores antiquæ traditionis fide tradunt : uti & Xahrozour (Persicaque syntaxi Xahri-zour , pro quo Keuxiâr & Nasîr Thusæus etiam diſtinctius شهری زور scribunt) Perfice Zouropolin ſonat : deinde nomen hoc regioni universæ , uti fieri ſolet , inditum fuit . In plano quidem ſita eſt urbs ; ſed montana , ſalebroſa , & aspera ſunt reliqua loca : à Curdis habitata omnia . quæ gensdura , valida & bar-barica , latrociniis & prædationi dedita , omnique ab ævo impatiens jugi alieni , raro admodum Chalifis aut regibus obſecuta : & ſi quod eorum respicere impe-

rium visi , ex sese tamen semper habuere hæreditatum
 ducem sive dynastam , quem میر *Mir* , pro
 Amir , vocant ; in tribus divisi , quarum quælibet ipsis
 قوم *Kaum* , quasi *Populus* dicitur . De Curdis dicta no-
 bis quædam sunt pag . Etiam alia eorum urbs fuit ,
 altera illa primaria inferior , nomine سر *Sir* vel seir
 insignis : quæ ubi A . H . 341 , Muhammedismum , &
 quidem الشیعہ sectam Xeijiticam suscepisset , ab alterius
 incolis sociisque tribubus oppressa , direpta , &
 combusta fuit , teste Jacuto . Cæterum , ut hoc quo-
 que addam , Hamdalla ex libro Geographicō صور
 الاقالیع inscripto , refert , Zahrezour , primariam ean-
 dem urbem , à زور *Zour* i . e . violentia & in justitia , ob
 gentis indolem & mores , vocitatam : structam autem
 à Kobado Ibn Firuz , vicinæ etiam , ut dictum est , ur-
 bis Hulvan conditore . Atque ipsa hæc Xahrezour
 prorsus videtur Σιδηρός esse ; ubi Heraclius , vieti
 Chosrois exercitum haud ita procul Ctesiphonte per-
 sequens , divertisse scribitur , Theophani in Chrono-
 logia , paulo ultra medium totius libri : minus verisimile
 quod Ibn Patric sc . Eutychus Alexandrinus ha-
 bet , Ale xandrum magnum , Komisi morbo corre-
 ptum , & Xahrezourum usque delatum , ibidem obiisse
 diem . Eidem urbi propinquus mons est , Jacuto
 quidem شعران *Xaarān* ; Camusio autem زلّم
 appellatus , proventu حب الزلم baccarum zelem
 passim celebratus : ipsa Camusii verba hæc sunt :
 الزلم حركة جبل قرب شهرزور و بيات لا بوز لة ولا زهر
 وفي عروقة التي تحيط الأرض حب مغطاطح حلو باهی
 Zelem , vox phatatas habens duas primas litteras ,
 mons est prope Xahrezour , & planta seminis ac flo-
 ris

ris expers; in cuius radicibus sub terra conditis bac-
cæ sunt expansæ, dulces, πυρομῶντες εἰς συγσίαν. Sunt
autem hæc tubercula, Ibn Beithâr & Malajesâ aliis-
que testibus, eadem quæ بـالـعـزـرـيـزـ Bac-
cæ exquisitæ & suaves dictæ: nempe dulcichinii vul-
go, sive cyperi esculenti & dulcis, à Dodonæo
descripti libro 11. cap. 15. ubi videre & corrigere
operæ pretium est depravatas Arabicas appellatio-
nes pene omnes. Materiæ medicæ scriptores ple-
riique omnes agentes de Zelemicis hisce baccis, eas
Xahrezouro acceptas ferunt, sed quorundam osci-
tantia est & error, putantium baccas illas provenire
hoc tantum loco, cum in Syria, Ægypto, Mauritania
notissimæ sint & frequentes. Ita forte visum fuit
Parthis, Medis, & Assyriis Xahrézouro vicinis: nisi
quis forte dixerit baccas zelemiticæ ab alteris illis,
quas dulcichini esse certo constat, omnino differre.
Jam ante Abulfedæ tempora Xahrezour ut urbs par-
va, facto decremento forsan, descripta fuit, ubertate
prædita, & filorum se mercatura exercens. Eandem,
& egregiam satis, hodieque extare ultra Tigrim, à
Bagdado diætas sex vel quinque à Mausil ad Ortum
solstitialem quatuor vel tres, prout diversimode in-
stituuntur diætae, non semel narrantes Armenos audi-
vi, qui sæpius ultro citroque commearant. Oppidi
hujus, vel potius ditionis Curdicæ nomen, sed quod,
emollita R littera, scribi pronunciarique solet شـهـرـزـوـلـ
Xahrezoul, inter solennes usurpatur titulos Turcici
Imperatoris: ut quoque validæ illius & indomitæ
gentis se dominum ostendat glorieturque. Dictis
etiam hoc accedit, à multis inter Corani interpretes

aliosque Orientis scriptores statui , طالوط *Thaluth*, quo nomine *Goliāth* indicatur , ex Curdis prognatum, sive potius ab iisdem Philistæos originem habere: quam ab Ægyptiis arcessunt nostri.

Ibid. سرمن راي *Sermenraa*, potius *Serramenraa*, vel *Surro-men-râa*, aut *raj pro râa*.] Urbs Iracæ, (sc. Arabum, hoc est Assyriæ, ut alias monui) in Orientali ripa Tigris sita, sub 34. grad. latitudine, 35. circiter minutis occidentalior Bagdado : cui latitudo est 33. grad. & 20. vel 25. min. ut monstra tum pag. 121. Hoc antea loco vicus oppidumve antiquum extitit, referente Jacuto, ساميرا *Samira* nomine, conditum, ut ait Hamdalla à شابور و الاكتاف *Xapour Scapulario*, cuius mentio fit pag. 188. Id cum Mota simus, Chalifa Abbasidarum octavus, incliti Almamonis frater, instauratum palatio, templo, turri aliisque superbis struturis exornasset, simili quidem, at boni nominis grato nomine *Serra-men-râa* vel *Surro-men-râa* i.e. latatur, qui videt: latitia videntis, insigniri voluit: & quid aliud tres illæ voces distinetæ sibi velint? Pro quo vulgus & alii postea, lenitatis & compendii gratia, سامرا *Samira* dixerunt: aut etiam quod antiquum illud *Samira* nomen imitati fuerint, vel quod ob causam mox innuendam, ex similis sonis ساء من راي *Sâ'â men Ray*, at contrarii prorsus significatus atque سرمن راي *Ser-men Ray*, & odiosa appellatione ita contraxerint: quemadmodum Albicri in sua جمع البلدان non obscure indicat. Istuc autem scribunt imperii sedem Bagdado transluisse Chalifam, laudabili forte etiam soli cœlique temperie allectum, quod militiæ, quam maxime numerosam habebat, sola Bagdâd minus capax esse vide-

deretur: vel quod à fratribus sui Almamonis institutis diversa facere gauderet. In hunc, quem dixi, finem, locum illum Samira ab eodem Motasimo coëmptum fuisse evidenter liquet ex iis, quæ Historia Saracenica habet ad A.H. 227. Ibidem quoque idem Chalifa extreum obiit diem post quem successor filius Haroun Vatzicus urbem auxit, apposito oppido & palatio الهروندية *Haronia* appellatis: itemque alio frater ipsius, Chalifa Abbasidarum decimus Giafer Mutevackilus opido palatioque, المغربية *Giaferia*, utroque nomine petito à proprio nomine conditoris utriusque, ut ex Hist. Sarac. lib. 11. cap. 10. & 11. videre est. Motasimus autem mortuus est quinque annis postquam Samerram muro auxisset: quod factum est anno imperii ejus septimo. Si itaque Alfraganus ex Astronomorum, sub Almamone florentium numero fuit, quod quidem in Abu' Ipharagii historia à præstantissimo Pokockio emendate edita & accurate versa legitur, & si vera sunt, quæ superius attuli ex Iacuto; equidem oportuit Alfraganum Almamoni aliquot supervixisse annos, ut Serra-men-raam hoc suo nomine potuerit celebrare. Cæterum & fequentes post Mutevackilum Chalifæ in Semarra inaugurati sunt, امير المللک *Sedem regiam* habuere, ac plerique etiam obiere diem, usque Motatidum, qui A.H. 280 sedem suam denuo fixit Bagdadi; sicut ex Histor. Sarac. liquet. Sed referendum quoque de eadem Semarra, quod & superius in me recepi, ante Motasimi templum exstitisse sepulchrum امام علي التقى *Antistitis* Aliis Takei, nepotis بن موسى رضا *Ali fil. Mousæ Ridzæ*, structum ibi à filio iplius امام حسن عسکری

Antistite Hossein Aaskeræo: quod cum diruisset Muteváckil, & amplificato loco magnificam substituisset arcem, ut ab Antistitum veneratione homines avocaret, magis magisque concitatus indignatione populus arçem illam tandem subverterunt, ut ne vix quidem vestigium manserit reliquum. Hæc Hamdalla: qui subjungit tempore suo Semarram vix habitatam fuisse, *Quod & Abulfedæ dicta confirmant*, nimirum quæ magna ibi antea spectata esset urbs, præse tulisse pagi duntaxat formam. Gentile nomen à سریون و سریون *Serrijon & Surrijon*; quemadmodum à قابط شرای *Arabis nomine*, de quo pag. est دابطی, *Teabbathijon*: facta scilicet à vocis compositæ prima tantum parte, ut moris est, derivatione: ita ut demonstrat Iacutus.

Mausel, Iacut. & Abulf. cum *Kesra*, *Maufil*] Cum hæc prima sit, quæ in Alfragano occurrat, urbs بلات اجز دره *regionis Gieziræ*, insulæ, nempe peninsulæ inter Euphratem & Tigrim comprehensæ, quæ Mesopotamia Græcis dicta; obiter notandum etiam externa quædam loca, extra utrumque fluvium existentia, quæ proprie ad Assyriam, vel Arabiæ desertum, aut Syriam, vel Romæorum ditionem, vel Armenia aut Medianam pertinent, propter viciniæ affinitatem, aut communis dominii causam ab Orientis Geographis Algieziræ, Mesopotamiaæ suæ, accensita fuisse. Tum & eandem ab ipsis dividi in quatuor partes, quarum appellationi generale nomen, دیجار, i. e. habitacula, Nomus, Regio, præfigitur: tres autem ab Arabum ducibus sive Phylarchis, qui antiquitus, diu Muhammedicum ante imperium, cum tribubus